AS:203; Ant-1519:190r; Pro-1519:49v; GS:83.¹⁴⁷

Resp.
VIII.

sar0613.  O-gi-ta-vé-runt au- tem * prínci-pes sa-cer-

dó- tum : ut et Lá-za- rum inter-fí-ce- rent. †Prop-ter

quem mul-ti ve-ni- é- bant et cre-dé-

sar0613a. bant in Je-sum. ⁊ Testimó-ni- um ergo perhi-bé-

bat turba que e-rat cum e-o quando Lá-za-rum vo-cá-vit

de monumén-to : et susci-tá-vit e- um a mórtu- is.

†Prop-ter.



Dominica in ramis palmarum.

Hic fiat secunda statio videlicet ex parte ecclesie australi : ubi septem pueri in loco eminentiori simul cantent¹⁴⁸


Pro-1519:50r; GS:83.

Hymn.

I.




Ló-ri- a laus et honor ti-bi sit Rex Chris-te Re-




démptor : Cu- i pu- é- ri-le de-cus prompsit o-sánnna pi- um.


Chorus idem repeatat post unumquemque Ḫ. [Pueri versum.]¹⁴⁹




Ḫ. Isra- el es tu rex Dá-vi-dis et ícli-ta pro-les : Nómi-ne




qui in Dómi-ni rex be-ne-díc-te ve-nis. Ḫ. Ce-tus in



excélsis te laudant cé- li-tus omnis : Et mortá-lis homo




et cuncta cre- á-ta simul. Ḫ. Plebs Hébre-a ti-bi cum



palmis óbvi- a ve-nit : Cum pre-ce vo-to hymnis assú-mus

Dominica in ramis palmarum.



Peracta hac statione : eat processio per medium claustrum a dextera manu usque ad ostium ecclesie occidentale cantando.

Pro-1519:50v; GS:84.¹⁵⁰

Resp.
II.

Ol- le- gé- runt * pontí- fi-ces et pha-ri-
sé- i con- cí- li- um et di- cé- bant, Quid fá- ci-
mus qui- a hic ho- mo mul-ta signa fa- cit : si dimít-
ti-mus e- um sic om- nes cre- dent in e- um. †Ne
forte vé- ni- ant Romá- ni et tol- lant
nos-trum lo- cum et gen- tem.

Dominica in ramis palmarum.

Hic fiat tertia statio scilicet ante predictum ostium : ubi tres clerici de superiori gradu in ipso ostio habitu non mutato conversi ad populum cantent.

Pro-1519:51r; GS:84.

The musical notation consists of a single staff with four horizontal lines. The notes are represented by black squares (neumes) of various sizes and shapes, indicating pitch and rhythm. The lyrics are written below the staff, aligned with the notes. The text is in Latin, with some words in French (e.g., 'pontifex', 'prophetavit'). The notation uses a common time signature.

V. Unus au- tem ex ip- sis Cá-yphas nómi- ne, cum
esset pónti-fex anni il-lí- us, prophé-tá- vit
di- cens, Expe-dit vo- bis ut u-nus mo-ri- á-tur homo
pro pó- pu- lo et non to-ta gens pé- re-at : ab
il-lo ergo di- e co-gi-ta-vé- runt
interfí-ce-re e- um di- cen-tes. †Ne forte.

Dominica in ramis palmarum.

His finitis intrent ecclesiam per idem ostium sub feretro, et capsula reliquiarum ex transverso ostii elevata cantando.

AS:205; Pro-1519:51v; GS:85.

Resp.
II.

6961.  Ngre-di- énte Dó-mi-no * in sanctam ci- vi-


tá- tem : Hebre-ó- rum pú-e- ri re-surrecti- ónem

vi-te pro- nunci- án- tes. †Cum ramis-palmá- rum

6961a. o-sánna clamá- bant in ex- cél- sis. ⁊ Cunque audís-

sent qui- a ve-nit Je-sus Hie-ro-só-li- mam : ex-i- é-runt

ób- vi- am e- i. †Cum ramis.




Hic fiat iij. statio scilicet ante crucem : et in ipsa statione executor officii incipiat antiphonam.

Pro-1519:52r; GS:85.¹⁵¹

Ant.
I.


 - ve



Dominica in ramis palmarum.


cruce jam discooperta : et respondeat chorus.

[62v.]




Rex nos- ter.

*cum genuflectione, osculando terram : et sic incipiatur senior antiphonam ter singulis vicibus
vocem exaltando una cum choro fiat genuflectio :*



A- ve


[*Chorus repetatur.*]¹⁵²



Rex nos- ter.


Chorus [cum genuflexione osculando terram respondeat]¹⁵³ Rex noster.

[*Item sacerdos*]¹⁵⁴ se modo altissimum.¹⁵⁵




A- ve


et post tertiam inceptionem chorus eandem antiphonam in ipsa statione stando prosequatur.



Rex nos- ter Fi-li Da-vid Re- démptor mun- di :



quem prophé-te pre-dix-é- runt Salva-tó-rem dómu- i



Isra- el esse ve-tú-rum : te e- nim ad sa-lu-tá-rem

víc-ti-mam Pa-ter mi-sit in mun-dum : quem expectábant omnes sancti ab o-rígi-ne mun-di, et
 nunc o-sánna Fí-li-o Da-víd be-ne-dictus qui ve-nit
 in nómi-ne Dó-mi-ni o-sán-na in excél-sis.

Qua finita, intrent chorum. Omnes cruces per ecclesiam sint discooperte usque post vespertas. In introitu chori R. Circundedérunt me. [Brev:1055.] V. Eripe me de. R. Et ab insurgéntibus. [Brev:1086] Oratio Omnipotens sempitérne Deus. 501. Peractis que ad processionem pertinet.

¶ *Ad missam.*

GS:86; 1508:87r; 1513:62v¹⁵⁶

Offic. VIII.

073-01.

O-mi-ne * ne longe fá-ci- as auxí-li- um tu- um
 a me : ad de-fensi- ónem me- am áspi-ce, lí-be-

ra me de o re le ó nis : et a córni bus u ni-
córni um hu mi li tá tem me am. *Ps. De us De us*
me us résipi ce in me : qua re me de re li quísti ?
*Non dicitur ulterius.*¹⁵⁷

073-02.

Oratio.

Mmnípotens sempitérne Deus : qui humáno géneri ad imitándum humilitatis exémplum : salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti : concéde pro-

pícius : ut et patiéntie ipsius habére documénta : et resurrectiōnis¹⁵⁸ consórtia mereámur. Per eúndem [Dóminum].¹⁵⁹

P [Epistola]¹⁶⁰ *Ad Philippenses. ij. [5-II.]*

Fratres. Hoc enim séntite¹⁶¹ in vobis : quod et in Christo Jesu. Qui cum in forma Dei esset : non rapinam arbitrátus est esse se equálem Deo : sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in simitúdinem hóminum factus et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obediens usque ad mortem : mortem

autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : et donávit illi nomen quod est super omne nomen : ut in nómine Jesu omne genu flectátur, celéstium, terréstrium, et infernórum. Et omnis lingua confiteátur : quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est Dei Patris.

Dominica in ramis palmarum.

GS:86; 1508:87r; 1513:62v.¹⁶²

Grad.
IV.

073-04.

Enu- ís-ti * ma- num déx-te- ram me- am : in vo- luntá-te tu- a de- dux- ís- ti- me : et cum gló- ri- a as-sumpsís-ti me. XV. Quam bo- nus Isra- el De- us rec- tis cor- de : me- i au- tem pe-ne mo- ti sunt pe- des : pe-ne effú-

073-05.

Dominica in ramis palmarum.

si sunt gres- sus me- i : qui- a ze-lá-vi in pec-
ca-tó- ri-bus pa- cem
pec-ca-tó- rum vi- dens.

Chorus alternatim dicat Tractum.

GS:86; 1508:87v; 1513:62v.¹⁶³

Tract.

II.



E-us

* De-us me-us rés-

pi- ce in me : qua-re me de-re-li- quís-ti ?

X. Lon-

ge a sa- lú-te me- a :

ver- ba de-lic-tó- rum me- ó- rum.

X. De- us me- us clamá- bo per di- em, nec ex-

073-06

Dominica in ramis palmarum.

The image shows a page from a medieval Gregorian chant manuscript. It features four-line red staves with black square neumes. The text is written in two columns in a Gothic script. The first column contains the Latin text: "áu-di- es : et nocte, et non ad insi-pi- én- ti- am mi-chi. V. Tu au- tem in sancto há- bi- tas, laus Isra- el :" The second column continues: "in te spe-ra-vé- runt patres nos- tri : spe-ra- vé- runt et li- be- rásti e-os. V. Ad te cla- ma- vé- runt, et sal-vi fac- ti sunt : in te spe- ra-vé- runt, et non sunt confú- si. V. Ego au- tem sum vermis et non ho- mo : oppróbri- um ho- mi-num et abjécti- o". The page is numbered 504 at the bottom.

Dominica in ramis palmarum.

ple- bis. *XV.* Omnes qui vi- dé- bant me,
asperna-bán- tur me : lo-cú-ti sunt
lá- bi- is et mo-vé-runt ca- put. *XV.* Spe-rá-
vit in Dó-mi- no e- rí-pi- at e- um :
salvum fá-ci- at e- um, quó-ni- am vult e- um.
XV. Ipsi ve-ro consi-de-ra-vé-runt et conspex-é- runt
me : di-vi-sé-runt si- bi vestiménta me- a
et su-per vestem me- am mi- sé-runt sortem.

Dominica in ramis palmarum.

X. Lí-be-ra me de o-re
le-ó-nis : et a cór-ni-bus u-ni-cór-ni-um humi-li-tá-tem me-am. X. Qui timé-tis
Dómi-num laudá-te e-um : u-ni-vér-sum se-men Ja-cob magni-fi-cá-te e-um. X. Annunci-á-bi- tur Dómi-no ge-ne-rá-ti-o ventú-ra :
et annunci-á-bunt ce-li justí-ci- am e-jus. X. Pópu-lo qui nascé-tur quem fe-cit Dó-mi-nus.




[1508:89r.]

C Sequitur passio. Et est notandum quod triplici voce debet cantari aut pronunciari : scilicet voce alta, bassa, et media. Quia omnia que in passione continentur : aut verba sunt Judeorum vel discipulorum, aut verba sunt Christi, aut evangeliste narrantis. Quare scire debes quod ubi a. [s.]¹⁶⁴ litteram invenies, verba esse Judeorum vel discipulorum : que alta voce sunt proferenda. Ubi vero b. [X] invenies : verba sunt Christi : que bassa voce pronuncianda sunt. Ubi vero m. [c.] invenies : verba sunt evangeliste : que mediocri voce legenda aut cantanda sunt : et hec omnia in aliis passionibus obeserva. Sic incipe m. [c.]]¹⁶⁵

C Sequitur passio cum [prima vox.]¹⁶⁶ [s.]

1508:89r; 1513:62v.¹⁶⁷




Omi-nus vo-bís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu- o.

Dominica in ramis palmarum.

[*secunda vox.*] ¹⁶⁸



c. Pássi-o Dómi-ni nostri Je-su Chris-ti : se-cúndum




Matthé-um. xxvij. (I. - xxvij. 61.)


Non dicitur Glória tibi Dómini.




N il-lo témpo-re. Dix-it Je-sus discí-pu-lis su- is.




¶ [iij. vox.] Sci-tis qui- a post bí-du- um Pascha fi- et,




et Fí-li- us hómi-nis tra-dé-tur ut cru-ci-fi-gá-tur ? c. Tunc



[63r.] congre-gá-ti sunt prínci-pes sa-cerdó-tum et se-ni- ó-res




pópu-li in á-tri- um prínci-pis sa-cerdó-tum qui di-ce-




bá-tur Cá-yphas : et consí-li- um fe-cé-runt ut Je-sum

Dominica in ramis palmarum.




do-lo te-né-rent et occí-de-rent. Di-cé-bant autem,



s. Non in di- e festo. c. Ne forte tumúltus fí- e-ret in



[*iiiij. vox.*] Non in di- e festo.




pópu-lo. Cum autem esset Je-sus in Bethá-ni- a, in




domo Symó-nis lepró-si : accéssit ad e- um mú-li- er



ha-bens a-la-bástrum unguénti pre-ci- ó-si : et effú-dit



su-per ca-put ipsí- us re-cumbéntis. Vi-déntes autem dis-



cí-pu-li : indigná-ti sunt, di-céntes, s. Ut quid perdí-ti-o



hec ? Pó-tu- it e-nim istud ve-nundá-ri multo : et da-


Dominica in ramis palmarum.

ri paupé-ri-bus. c. Sci-ens autem Je-sus : a- it il-lis,
¶ Quid mo-lésti estis hu-ic mu-lí-e-ri ? Opus e-nim
bonum : ope-rá-ta est in me. Nam semper páupe-res ha-
bé-tis vo-biscum : me autem non semper ha-bé-bi-tis.
Mittens e-nim hec unguéntum hoc in corpus me-um : ad se-
pe-li-éndum me fe-cit. Amen di-co vo-bis : u-bi-cúnque
pre-di-cá-tum fú-e-rit hoc E-vangé-li-um in to-to mundo :
di-cé-tur et quod hec fe-cit in memó-ri-am e-jus. c. Tunc


Dominica in ramis palmarum.

á-bi- it u-nus de du-óde-cim qui di-ce-bá-tur Ju-das Scá-
ri- oth ad prínci-pes sa-cerdó-tum : et a- it il-lis, s. Quid vul-
[*iiij. vox.*] Quid vul-
tis michi da-re : et e-go vo-bis e-um tra-dam ? c. At il-li
tis michi da-re : et e-go vo-bis e-um tra-dam ?
consti-tu-é-runt e-i tri-gínta argénte-os. Et ex-índe
que-ré-bat opportu-ni-tá-tem : ut e-um trá-de-ret. Prima au-
tem di- e a-zimó-rum : accessé-runt discí-pu-li ad Je-sum,
di-céntes, s. Ubi vis pa-rémus ti-bi comé-de-re pascha ?


Dominica in ramis palmarum.




c. At Je-sus dix-it, ♩ I-te in ci-vi-tá-tem ad quendam : et




dí-ci-te e- i, Ma-gíster di-cit, Tempus me-um prope est :




a-pud te fá-ci- o pascha cum discí-pu-lis me- is.




c. Et fe-cé-runt discí-pu-li si-cut constí-tu- it il-lis Je-sus :




et pa-ra-vé-runt pascha. Vespe-re autem facto : discum-



bé-bat cum du-óde-cim discí-pu-lis su- is. Et e-dénti-bus



il-lis : dix-it, ♩ Amen di-co vo-bis : qui- a u-nus vestrum




me tra-di-tú-rus est. c. Et contristá-ti valde : ce-pé-runt


Dominica in ramis palmarum.




síngu-li dí-ce-re, s. Nunquid e-go sum Dómi-ne ?




c. At ipse respondens, a- it, ✕ Qui in- tíngit me-cum



ma-num in pa-rápsi-de : hic me tra-det. Fí-li- us qui-dem




hómi-nis va-dit : si-cut scriptum est de il-lo, Ve autem




hómi-ni il-li : per quem Fí-li- us hómi-nis tra-dé-tur.



Bonum e-rat e-i : si na-tus non fu- ísset homo il-le.



c. Respóndens autem Ju-das qui trá-di-dit e-um : dix-it,



s. Nunquid e-go sum Rabbi ? c. A-it il-li, ✕ Tu dix-ís-ti.




[*iii. vox.*] Nunquid e-go sum Rabbi ?


Dominica in ramis palmarum.



c. Ce-nánti-bus autem e-is : accé-pit Je-sus pa-nem et




be-ne-dix-it ac fre-git : de-dítque discí-pu-lis su-is, et



a-it, ♩ Accí-pi-te et comé-di-te : hoc est corpus me-um.




c. Et accí-pi-ens cá-li-cem grá-ti-as e-git : et de-dit il-lis




di-cens, ♩ Bí-bi-te ex hoc omnes. Hic est e-nim sanguis



me-us no-vi testaménti : qui pro mul-tis effundé-tur in



remissi-ónem pecca-tó-rum. Di-co autem vo-bis : non



bi-bam ámodo de hoc ge-ními-ne vi-tis usque in di-em



il-lum, cum il-lud bi-bam vo-bíscum no-vum in regno

Dominica in ramis palmarum.

Pa-tris me- i. c. Et hymno dicto : ex-i- é-runt in montem
O-li-vé-ti. Tunc di-xit il-lis Je-sus, ✕ Omnes vos scánda-
lum pa-ti- émi-ni in me in ista nocte. Scriptum est e-nim,
Percú-ti- am pastó-rem : et dispergén-tur o-ves gre-gis.
Postquam autem re-surréx-e-ro : pre-cé-dam vos in Ga-li-lé-
am. c. Respón-dens autem Petrus : a- it il-li, s. Et si omnes
scanda-li-zá-ti fú- e-rint in te : e-go nunquam scanda-li-
zá-bor. c. A-it il-li Je-sus, ✕ Amen di-co ti-bi : qui- a in

Dominica in ramis palmarum.

hac nocte ántequam gal-lus cantet, ter me ne-gá-bis. c. A-it
il-li Petrus, s. E-ti- am si oportú- e-rit me mo-ri te-cum :
non te ne-gá-bo. c. Simí-li-ter et omnes discí-pu-li dix-
[63v.] é-runt. Tunc ve-nit Je-sus cum il-lis in vil-lam que dí-ci-tur
Gethséma-ni : et dix-it discí-pu-lis su- is, ✕ Se-dé-te hic :
donec va-dam il-luc et o-rem. c. Et assúmpto Petro et du-
óbus fí-li- us Ze-be-dé- i : ce-pit contristá-ri et mestus
esse. Tunc a- it il-lis, ✕ Tris-tis est á-nima me- a usque

Dominica in ramis palmarum.

ad mortem. Susti-né-te hic : et vi-gi-lá-te me-cum. c. Et
progréssus pu-síl-lum : pró-ci-dit in fá-ci- em su- am o-rans
et di-cens, ♫ Pa-ter mi, si possí-bi-le est : tránse- at a me
ca-lix iste. Ve-rúntamen non si-cut e-go vo-lo : sed si-cut
tu vis. c. Et ve-nit ad discí-pu-los su-os : et invé-nit e-os
dormi- éntes. Et di-cit Petro, ♫ Sic. Non po-tu- ís-tis u-
na ho-ra vi-gi-lá-re me-cum ? Vi-gi-lá-te et o-rá-te : ut non
intré-tis in tempta-ti- ónem. Spí-ri-tus qui-dem promp-


Dominica in ramis palmarum.

tus est : ca-ro autem infírma. c. I-te-rum se-cúndo á-bi-
it : et o-rá-vit di-cens, ✕Pa-ter mi : si non po-test hic ca-
lix transí-re ni-si bi-bam il-lum : fi- at vo-lúntas tu- a.
c. Et ve-nit í-te-rum : et invé-nit e-os dormi- éntes. E-rant
e-nim ó-cu-li e-ó-rum gra-vá-ti. Et re-líc-tis il-lis : í-
te-rum á-bi- it et o-rá-vit térti- o e- úndem sermó-nem
di-cens. Tunc ve-nit ad discí-pu-los su- os : et dix-it il-lis,
✕ Dormí-te jam : et requi- ésci-te. Ecce appro-pinquá-
bit ho-ra : et Fí-li- us hómi-nis tra-dé-tur in ma-nus pec-

Dominica in ramis palmarum.

ca-tó-rum. Súrgi-te e- ámus : ecce appro-pinquá-bit qui
me tra-det. *c.* Adhuc e-o loquénte ecce Ju-das u-nus de
du- óde-cim ve-nit : et cum e-o turba multa cum glá-di- is
et fústi-bus, missi a princí-pi-bus sa-cerdó-tum et se-ni-
ó-ri-bus pópu-li. Qui autem trá-di-dit e-um : de-dit il-lis
signum di-cens, *s.* Quemcúmque oscu-lá-tus fú- e-ro,
[*iiij. vox.*] Quemcúmque oscu-lá-tus fú- e-ro,
ipse est : te-né-te e-um. *c.* Et conféstim accé-dens ad
ipse est : te-né-te e-um.


Dominica in ramis palmarum.



Je-sum : dix-it, s. Ave Rabbi. c. Et oscu-lá-tus est e-um.




[*iiij. vox.*] Ave Rabbi.



Dix-ítque il-li Je-sus, **¶** Amí-ce, ad quid ve-nís-ti ? c. Tunc




accescé-runt, et ma-nus inje-cé-runt in Je-sum : et te-nu-




é-runt e-um. Et ecce u-nus ex his qui e-rant cum Je-su :




exténdens ma-num ex-émit glá-di- um su- um : et percú-ti-



ens servum prínci-pis sa-cerdó-tum ampu-tá-vit aurí-cu-



lam e-jus dextram. Tunc a- it il-li Je-sus, **¶** Convérte



glá-di- um tu- um in lo-cum su- um. Omnes e-nim qui ac-

Dominica in ramis palmarum.

cé-pe-reint glá-di- um : glá-di- o pe-rí-bunt. An pu-tas qui- a

non possum ro-gá-re patrem me-um : et exhi-bé-bit mi-

chi modo plusquam du-óde-cim le-gi- ónes ange-ló-rum ?

Quómodo ergo imple-búntur scriptú-re ? Qui- a sic opórtet

fi- e-ri. c. In il-la ho-ra : dix-it Je-sus turbis, **¶** Tanquam ad

latró nem ex-ís-tis cum glá-di- is et fústi-bus compre-hénde-

re me. Quo-tí-di- e a-pud vos se-dé-bam do-cens in tem-

plo : et non me te-nu- ís-tis. c. Hoc autem to-tum factum

est : ut ad-impre-réntur scriptú-re prophe-tá-rum. Tunc dis-

Dominica in ramis palmarum.

cí-pu-li omnes : re-lícto e-o fu-gé-runt. At il-li te-néntes
Je-sum : dux-é-runt ad Cá-ypham prínci-pem sa-cerdó-tum :
u-bi scri-be et se-ni- ó-res convé-ne-rant. Petrus autem
seque-bá-tur e-um a longe : usque in á-tri- um prínci-pis
sa-cerdó-tum. Et ingréssus intro : se-dé-bat cum mi-nístris
ut vi-dé-ret fi-nem. Prínci-pes autem sa-cerdó-tum et
omne consí-li- um, que-ré-bant falsum testimó-ni- um
contra Je-sum : ut e-um morti trá-de-rent. Et non inve-
né-runt : cum mul-ti fal-si testes accessíssent. No-víssime

Dominica in ramis palmarum.

autem ve-né-runt du-o fal-si testes : et dix-é-runt, s. Hic

dix-it, Possum destrú-e-re templum De-i : et post trí-du-

um re-e-di-fi-cá-re il-lud. c. Et surgens princeps sa-cerdó-

tum : a-it il-li, s. Nichil respóndes ad e-a que is-ti ad-

[*iiij. vox.*] Nichil respóndes ad e-a que is-ti ad-


vérsum te testi-fi-cántur ? c. Je-sus autem ta-cé-bat. Et prin-

vérsum te testi-fi-cántur ?


ceps sa-cerdó-tum : a-it il-li, s. Adjú-ro te per De-um vi-

[*iiij. vox.*] Adjú-ro te per De-um vi-


Dominica in ramis palmarum.




vum : ut di-cas no-bis si tu es Christus Fí-li- us De- i vi-vi.




vum : ut di-cas no-bis si tu es Christus Fí-li- us De- i vi-vi.




[64r.] c. Di-cit il-li Je-sus, ♫ Tu dix-ís-ti. Ve-rúntamen di-co




vo-bis : ámodo vi-dé-bi-tis Fí-li- um hómi-nis se-déntem




a dextris virtú-tis De- i : et ve-ni- éntem in nú-bi-bus ce-




li. c. Tunc princeps sa-cerdó-tum sci-dit vestiménta su- a di-



cens, s. Blasphemá-vit. Quid adhuc e-gémus tésti-bus ? Ecce




[iiij. vox.] Blasphemá-vit. Quid adhuc e-gémus tésti-bus ? Ecce



nunc audís-tis blasphémi- am. Quid vo-bis vi-dé-tur ? c. At il-

Dominica in ramis palmarum.




nunc audís-tis blasphémi- am. Quid vo-bis vi-dé-tur ?




li respondéntes dix-é-runt, s. Re-us est mortis. c. Tunc ex-




[*iiij. vox.*] Re-us est mortis.




pu- é-runt in fá-ci- em e-jus : et có-laphis e- um ce-ci-dé-runt.




A-li- i autem palmas in fá-ci- em e-jus de-dé-runt : di-cén-




tes, s. Prophe-tí-za no-bis Christe : quis est qui te percússit ?



[*iiij. vox.*] Prophe-tí-za no-bis Christe : quis est qui te percússit ?



c. Petrus autem se-dé-bat fo-ris in á-tri- o. Et accéssit ad



e- um u-na ancíl-la di-cens, s. Et tu cum Je-su Ga-li-lé-o

Dominica in ramis palmarum.

e-ras. c. At il-le ne-gá-vit co-ram ómni-bus, di-cens, s. Nés-
ci-o quid di-cis. c. Exe-únte autem il-lo já-nu-am : vi-dit
e-um á-li- a ancíl-la, et a- it his qui e-rant i-bi, s. Et hic
cum Je-su Na-za-réno e-rat. c. Et í-te-rum ne-gá-vit cum
ju-raménto : qui- a non no-vi hómi-nem. Et post pu-síl-lum :
accessé-runt qui i-bi sta-bant, et dix-é-runt Petro, s. Ve-re
et tu ex il-lis es : nam et loqué-la tu- a ma-ni-féstum te
fa-cit. c. Tunc ce-pit de-testá-ri et ju-rá-re : qui- a non no-

Dominica in ramis palmarum.

vísset hómi-nem. Et contí-nu-o gal-lus cantá-vit. Et re-cor-

dá-tus est Petrus verbi Je-su quod díx-e-rat : pri- úsquam gal-

lus cantet, ter me ne-gá-bis. Et egréssus fo-ras : fle-vit amá-re.

Ma-ne autem facto : consí-li- um i-ni- é-runt omnes prínci-

pes sa-cerdó-tum et se-ni- ó-res pópu-li advérsus Je-sum :


ut e- um morti trá-de-rent. Et vinctum addux-é-runt e- um :

et tra-di-dé-runt Pónti- o Py-lá-to pré-si-di. Tunc vi-dens

Ju-das qui e- um trá-di-dit quod damná-tus esset : pe-ni-

ténti- a ductus ré-tu-lit tri-gínta argénte-os princí-pi-bus


Dominica in ramis palmarum.




sa-cerdó-tum et se-ni- ó-ri-bus pópu-li, di-cens, s. Peccá-vi :




[*iiij. vox.*] Peccá-vi :




tra-dens sanguí-nem justum. c. At il-li dix-é-runt, s. Quid



tra-dens sanguí-nem justum.




[*iiij. vox.*] Quid




ad nos ? Tu ví-de-ris. c. Et pro-jéctis argénte-is in templo,



ad nos ? Tu ví-de-ris.



re-céssit : et á-bi- ens, láque-o se suspéndit. Prínci-pes au-



tem sa-cerdó-tum accéptis argénte-is : dix-é-runt, s. Non



[*iiij. vox.*] Non

Dominica in ramis palmarum.

li-cet e-os mítte-re in córbo-nam : qui- a pré-ci- um sán-

li-cet e-os mítte-re in córbo-nam : qui- a pré-ci- um sán-

gui-nis est. c. Consí-li- o autem í-ni-to : emé-runt ex e- is

gui-nis est.

agrūm fí-gu-li, in se-pultú-ram pe-re- gri-nó-rum. Propter

hoc vo-cá-tus est a-ger il-le Achéldemach, hoc est a-ger sán-

gui-nis : usque in ho-di- érnum di- em. Tunc implé-tum est

quod dictum est per Hie-remí- am prophé-tam di-céntem,

Et acce-pé-runt tri-gínta argénte-os pré-ci- um appre-ci-

Dominica in ramis palmarum.

á-ti quem appre-ci- a-vé-runt a fí-li- is Isra-el : et de-
dé-runt e-os in agrum fí-gu-li si-cut constí-tu- it michi
Dómi-nus. Je-sus autem ste-tit ante pré-si-dem. Et interro-
gá-vit e-um pre-ses di-cens, s. Tu es rex Ju-de-ó-rum ?
c. Di-cit il-li Je-sus, ✕ Tu di-cis. c. Et cum accu-sa-
ré-tur a princí-pi-bus sa-cerdó-tum et se-ni- ó-ri-bus : ni-
chil respóndit. Tunc di-cit il-li Py-lá-tus, s. Non audis quanta
advérsum te di-cunt testimó-ni- a ? c. Et non respóndit e-
i ad ul-lum verbum : i-ta ut mi-ra-ré-tur pre-ses ve-he-

Dominica in ramis palmarum.

ménter. Per di- em autem so-lénنم consu- é-ve-rat pre-ses
dimítte-re pópu-lo u-num vinctum : quem vo-lu- íssent. Ha-
bé-bat autem tunc u-num vinctum insígnem qui di-ce-bá-tur
Barrá-bas : qui propter homi-cí-di- um missus fú- e-rat in cárce-
rem. Congre-gá-tis ergo il-lis : dix-it Py-lá-tus, s. Quem vul-tis
dimít-tam vobis : Barrá-bam, an Je-sum qui dí-ci-tur Christ-
tus ? c. Sci- é-bat e-nim quod per inví-di- am tra-di-díssent
e-um. Se-dénte autem il-lo pro tri-bu-ná-li : mi-sit ad e-
um ux-or e-jus di-cens, s. Nichil ti-bi et justo il-li. Multa

Dominica in ramis palmarum.

[64v.] e-nim passa sum hó-di- e per vi-sum propter e-um. c. Prín-
ci-pes autem sa-cerdó-tum et se-ni- ó-res persu- a-sé-runt
pópu-lis ut pé-te-rent Barrá-bam : Je-sum ve-ro pérde-rent.
Respóndens autem pre-ses : a- it il-lis, s. Quem vul-tis vo-
bis de du-óbus dimít-ti ? c. At il-li dix-é-runt, s. Barrá-bam.
c. Di-cit il-lis Py-lá-tus, s. Quid í-gi-tur fá-ci- em de Je-su
qui dí-ci-tur Christus ? c. Di-cunt omnes, s. Cru-ci-fi-gá-tur.
c. A-it il-lis pre-ses, s. Quid e-nim ma-li fe-cit ? c. At il-li

Dominica in ramis palmarum.

ma-gis clamá-bant di-céntes, s. Cru-ci-fi-gá-tur. c. Vi-dens
autem Py-lá-tus qui- a nichil pro-fí-ce-ret, sed ma-gis tu-
múltus fí- e-ret : accépta aqua, la-vit ma-nus su- as co-ram
pópu-lo di-cens, s. Inno-cens e-go sum a ságui-ne justi hu-
jus, vos vi-dé-ri-tis. c. Et respóndens u-ni-vérsus pópu-lus :
dix-it, s. Sanguis e-jus su-per nos : et su-per fí-li- os nostros.
c. Tunc dimí-sit il-lis Barrá-bam : Je-sum au- tem fla-gel-
lá-tum trá-di-dit e- is ut cru-ci-fi-ge-ré-tur. Tunc mí-li-tes
pré-si-dis susci-pi- éntes Je-sum in pre-tó-ri- um : congre-ga-


Dominica in ramis palmarum.

vé-runt ad e-um u-ni-vérsam cohórtem. Et ex-e-úntes
e-um : clámi-dem coccí-ne-am circunde-dé-runt e- i.
Et plecténtes co-ró-nam de spi-nis, po-su-é-runt su-per
ca-put e-jus : et a-rúndi-nem in déxte-ra e-jus. Et ge-nu-
fléx-o ante e-um : il-lu-dé-bant e- i di-céntes, s. Ave rex
Ju-de-ó-rum. c. Et expu-éntes in e-um : acce-pé-runt a-
rúndi-nem, et percu-ti-é-bant ca-put e-jus. Et postquam
il-lu-sé-runt e- i : ex-u-é-runt e-um clámi-de, et indu-
é-runt e-um vestiméntis e-jus, et dux-é-runt e-um ut


Dominica in ramis palmarum.

cru-ci-fí-ge-rent. Exe-úntes autem : inve-né-runt hómi-nem
Cy-re-né-um nómi-ne Symónem. Hunc anga-ri- a-vé-runt :
ut tolle-ret cru-cem e-jus. Et ve-né-runt in lo-cum qui
dí-ci-tur Gólgotha : quod est Calvá-ri- e lo-cus. Et de-
dé-runt e- i vi-num bí-be-re cum fel-le mixtum. Et cum gus-
táset : nó-lu- it bí-be-re. Postquam autem cru-ci-fix-é-runt
e- um : di-vi-sé-runt vestiménta e-jus sortem mitténtes :
ut imple-ré-tur quod dictum est per prophé-tam, di-céntem,
Di-vi-sé-runt si-bi vestiménta me-a : et su-per vestem


Dominica in ramis palmarum.




me-am mi-sé-runt sortem. Et se-déntes : servá-bant e-um.




Et impo-su-é-runt su-per ca-put e-jus causam ipsí-us




scriptam : Hic est Je-sus rex Ju-de-ó-rum. Tunc cru-ci-fix-i



sunt cum e-o du-o latrónes : u-nus a dextris et u-nus a



si-nístris. Pre-te-re-úntes autem blasphemá-bant e-um : mo-




vénentes cá-pi-ta sua et di-céntes, s. Vah, qui déstru-is temp-



lum De-i : et in trí-du-o il-lud re-e-dí-fi-cas. Salva teme-




típsum. Si Fí-li-us De-i es : descénde de cru-ce. c. Simí-li-




ter et prínci-pes sa-cerdó-tum il-lu-déntes e-i cum scri-bis


Dominica in ramis palmarum.




et se-ni- ó-ri-bus : di-cé-bant, s. A-li- os salvos fe-cit : se-




[*iiij. vox.*] A-li- os salvos fe-cit : se-




ípsum non po-test salvum fá-ce-re ? Si rex Isra-el est :




ípsum non po-test salvum fá-ce-re ? Si rex Isra-el est :




descéndat nunc de cru-ce, et cré-dimus e- i. Confí-dit in



descéndat nunc de cru-ce, et cré-dimus e- i. Confí-dit in



De-o : lí-be-ret e-um nunc si vult. Dix-it e-nim : qui- a



De-o : lí-be-ret e-um nunc si vult. Dix-it e-nim : qui- a



Fí-li- us De- i sum . c. Id-ípsum autem et latrónes qui

Dominica in ramis palmarum.

Fí-li- us De- i sum.

cru-ci-fíx-i e-rant cum e-o : imprope-rá-bant e- i. A

sexta autem ho-ra té-nebre facte sunt su-per u-ni-vérsam

terram usque ad ho-ram no-nam. Et circa ho-ram no-nam

clamávit Je-sus vo-ce magna di-cens : ¶ He-loy : He-loy :

[v. vox.] He-loy : He-loy :

lama-za-bathá-ni ? c. Hoc est, ¶ De-us me-us : De-

lama-za-bathá-ni ? [v. vox.] De-us me-us : De-

us, me-us : ut quid de-re-li-quísti me ? c. Qui-dam autem

us, me-us : ut quid de-re-li-quísti me ?

Dominica in ramis palmarum.

il-llic stantes et audi- éntes : di-cé-bant, s. He-lý- am vo-cat
iste. c. Et contí-nu-o currens u-nus ex e- is, accéptam
spóngi- am implé-vit a-cé-to : et impó-su- it a-rúndi-ni,
et da-bat e- i bí-be-re. Cé-te-ri ve-ro di-cé-bant, s. Si-ne :
vi-de- ámus an vé-ni- at He-lý- as lí-be-rans e- um. c. Je-sus
autem í-te-rum clamans vo-ce magna : emí-sit spí-ri-tum.
Hic inclinet se diaconus ad prosternet versus orientem : et dicat privatim Pater noster. [65r.]
Ave María. et In manus tuas Dómine [comméndo spíritum meum : redemísti me
Dómine Deus veritatis].¹⁶⁹ Deinde surgat : et postea residuum passionis legat.¹⁷⁰
Et ecce ve-lum templi scissum est in du-as partes : a sum-
mo usque de-órsum. Et terra mo-ta est, et petre scisse sunt :


Dominica in ramis palmarum.

et monuménta a-pérta sunt : et multa córpo-ra sanctó-rum
qui dor-mí- e-rant surrex-é-runt. Et ex-e-úntes de monu-
mén-tis post re-surrecti- ónem e-jus : ve-né-runt in sanctam
ci-vi-tá-tem, et appa-ru- é-runt mul-tis. Centú-ri- o autem
et qui cum e-o e-rant custo-di- éntes Je-sum : vi-so terre
mó-tu et his que fi- é-bant : timu- é-runt valde, di-céntes,
s. Ve-re Fí-li- us De- i e-rat iste. c. E-rant autem i-bi
mu-lí- e-res multe a longe : que se-cú-te e-rant Je-sum a
Ga-li-lé-a, mi-nistrántes e- i. Inter quas e-rat Ma-rí- a


Dominica in ramis palmarum.

Magda-lé-ne et Ma-rí- a Ja-có-bi et Jo-seph ma-ter : et
ma-ter fi-li- ó-rum Ze-be-dé- i. Cum autem se-ro factum
esset : ve-nit qui-dam homo di-ves ab A-rimathí- a
nómi-ne Jo-seph, qui et ipse discí-pu-lus e-rat Je-su.
Hic accéssit ad Py-lá-tum et pé-ti- it corpus Je-su. Tunc
Py-lá-tus jussit redi corpus. Et accépto córpo-re Jo-seph :
invólvit il-lud in sýndone munda : et pó-su- it il-lud in
monuménto su-o no-vo, quod excí-de-rat in petra. Et ad-
vólvit sax-um magnum ad ósti- um monuménti : et á-bi- it.

Dominica in ramis palmarum.



E-rant autem i-bi Ma-rí- a Magda-lé-ne et álte-ra Ma-rí- a :



se-déntes contra se-púlchrum.

CEvangelia vero in fine omnium passionum, etiam in die parasceves : alta voce legantur, more duplicitis festi. Omnes autem passiones : supradicto modo legantur secundum usum Sarum. Tamen in die parasceve : non dicitur Dóminus vobíscum. et¹⁷¹ sine titulo incipiatur¹⁷² evangelium.

Altera autem die que est post Parascéven : convenérunt príncipes sacerdótum et phariséi ad Py-látum, dicéntes, Dómine, recordáti sumus, quia sedúctor ille dixit adhuc vivens : post tres dies resúrgam. Jube ergo custodíri sepúlchrum usque in diem tértium : ne forte véniant dis-

cípuli ejus et furéntur eum et dicant plebi, surréxit a mórtuis. Et erit no-víssimus error, pejor prióre. Ait illis Pylátus, Habétis custódiam. Ite, cus-tódite sicut scitis. Illi autem abeúntes : muniérunt sepúlchrum, signántes lápidem : cum custódibus.

GS:88; 1508:89v; 1513:65r.¹⁷³

073-07.

Offert.

VIII.



M- propé- ri- um * expectá- vit cor me-
um et mi- sé- ri- am : et sustí- nu- i qui

Dominica in ramis palmarum.

si- mul contrista-ré-tur et non fu- it : con-so-lán-
 tem me que- sí- vi et non invé- ni :
 et de-dé- runt in es-cam me- am fel : et in
 si-ti me- a po-ta- vé- runt me a-cé- to.

Secreta.

Tibi Deus Pater omnípotens im-
 maculáti Agni Paschále offéri-
 mus olocáustum : cujus nos sanguine | ab exterminatóris vastatióne salvátos,
 ad terram quésumus tue repromis-
 siónis indúcas. Per eúndem.

Prefatio quotidiana.

GS:89; 1508:90r; 1513:65r.

Comm.

VIII.



A-ter, * si non po-test hic ca- lix transí-re ni-si
 bi-bam il- lum : fi- at vo-lún-tas tu- a.

073-11.

Postcommunio.

FIdéles tuos quésumus Dómine
benígnus inténde : ut sue re-
demptionis iníitia recoléntes : quórum

múnere sunt refécti, eórum proficiant
increméntis. Per.

<Passion secundum Mattheum (xxvij. 1. - xxvij. 61.)

ex Missale, 1513. : 62v. - 65r.>

IN illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis, **¶** Scitis quia post bíduum pascha fiet : et Fílius Hóminis tradétur ut crucifigátur.¹⁷⁴ c. Tunc congregáti sunt príncipes sacerdótum et seniores pópuli in átrium príncipis sacerdótum qui dicebátur Cáyphas : et consílium fecérunt ut Jesum dolo ténerent et occíderent. Dicébant autem, s. Non in die festo : ne¹⁷⁵ forte tumultus fieret in pópulo. c. Cum autem esset Jesus¹⁷⁶ in Bethánia, in domo Symónis leprósi : accéssit ad eum múlier habens alabástrum unguénti precíosi : et effúdit super caput ipsíus recumbéntis. Vidéntes autem discípuli indignáti sunt, dicéntes, s. Ut quid perditio hec ? Pótuit enim istud venundári multo, et dari paupéribus. c. Sciens autem Jesus, ait illis, **¶** Quid molésti estis huic muléri ? Opus enim bonum :¹⁷⁷ operáta est in me. Nam semper páuperes habétis vobíscum : me autem non semper habébitis.¹⁷⁸ Mittens enim hec unguéntum hoc in corpus meum : ad sepeliéndum me fecit. Amen dico vobis : ubicúnque predicátum fúerit hoc Evangélium in toto mundo : dicétur et quod hec fecit in memóriam ejus. c. Tunc ábiit unus de duódecim qui dicebátur Judas Scárioth¹⁷⁹ ad príncipes sacerdótum : et

ait illis, s. Quid vultis michi dare : et ego vobis eum¹⁸⁰ tradam ? c. At illi constituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde querébat opportunitátem ut eum tráderet. Prima autem die azimórum accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes, s. Ubi vis parémus tibi comédere Pascha ? c. At Jesus dixit, **¶** Ite in civitátem ad quendam, et dícite ei, Magíster dicit, Tempus meum prope est : apud te fácio Pascha cum discípulis meis. c. Et fecérunt discípuli sicut constítuit illis Jesus : et paráverunt Pascha. Véspere autem facto : discumbébat cum duódecim discípulis suis. Et edéntibus illis, dixit, **¶** Amen dico vobis : quia unus vestrum me traditúrus est. c. Et contrastáti valde : cepérunt singuli dícere, s. Nunquid ego sum Dómine ? c. At ipse respóndens, ait **¶** Qui intíngit mecum manum in parápside¹⁸¹ : hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit : sicut scriptum est de illo, Ve autem hómini illi : per quem Fílius hóminis tradétur. Bonum erat ei : si natus non fuíset homo ille. c. Respóndens autem Judas qui trádidit eum, dixit, s. Nunquid ego sum Rabbi ? c. Ait illi, **¶** Tu dixísti. c. Cenántibus autem eis : accépit Jesus panem et benedíxit ac fregit : dedítque discípulis suis, et ait, **¶** Accípite et comédite :

hoc est corpus meum. c. Et accípiens cálicem grárias egit : et dedit illis dicens, ✕ Bíbite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testaménti¹⁸² : qui pro mundus effundétur in remissiónem peccatórum. Dico autem vobis : non bibam ámodo de hoc genímine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobíscum novum in regno Patris mei. c. Et hymno dicto : exiérunt in montem Olivéti. Tunc dixit¹⁸³ illis Jesus, ✕ Omnes vos scándalum patiémini in me in ista nocte. Scriptum est enim, Percúiam pastórem : et dispergéntur oves gregis. Postquam autem resurréxero : pre cédam vos in Galiléam. c. Respóndens autem Petrus : ait illi, s. Et si omnes scandalizáti fúerint in te : ego nunquam scandalizábor. c. Ait illi Jesus, ✕ Amen dico tibi : quia in hac nocte ántequam gallus cantet, ter me ne gábis. c. Ait illi Petrus, s. Etiam si¹⁸⁴ oportúerit me mori tecum : non te negábo. c. Simíliter et omnes discípuli dixérunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam que dícitur Gethsémani : et dixit discípulis suis ✕ Sedéte hic : donec vadam illuc et orem. c. Et assúmpto Petro et duóbus filiis Zebedéi, cepit contrastári et mestus esse. Tunc ait illis, ✕ Tristis est ánima mea usque ad mortem. Sustinéte hic et vigiláte mecum. c. Et progréssus pusíllum :

prócidit in fáciem suam orans et dicens, ✕ Pater mi,¹⁸⁵ si possíble est : tránseat a me calix iste. Verúntamen non sicut ego volo : sed sicut tu vis.¹⁸⁶ c. Et venit ad discípulos¹⁸⁷ : et invénit eos dormiéntes. Et dixit¹⁸⁸ Petro, ✕ Sic. Non potuístis una hora vigiláre mecum ? Vigiláte et orate : ut non intrétis in temptationem. Spíritus quidem promptus est : caro autem infirma. c. Iterum secúndo ábiit : et orávit dicens, ✕ Pater mi, si non potest hic calix transíre nisi bibam illum : fiat volúntas tua. c. Et venit íterum et invénit eos dormiéntes. Erant enim óculi eórum graváti. Et relíctis illis : íterum ábiit et orávit tértio eúndem sermóñem dicens. Tunc venit ad discípulos suos : et dixit¹⁸⁹ illis, ✕ Dormíte jam : et requiéscite. Ecce appropinquábit¹⁹⁰ hora : et Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Súrgite eámus. Ecce¹⁹¹ appropinquábit¹⁹² qui me tradet. c. Adhuc eo loquénte ecce Judas unus de duódecim venit : et cum eo turba multa cum gládiis et fústibus, missi a princípibus sacerdótum et senióribus pópuli. Qui autem trádidit eum : dedit illis¹⁹³ signum dicens, s. Quemcúmque osculátus fúero : ipse est, tenéte eum.¹⁹⁴ c. Et conféstim accédens ad Jesum¹⁹⁵ : dixit, s. Ave Rabbi. c. Et osculátus est eum. Dixítque illi Jesus,

¶ Amíce, ad quid venísti ? c. Tunc accessérunt, et manus injecérunt in Jesum : et tenuérunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu : exténdens manum exémit gládium suum : et percútiens servum príncipis sacerdótum amputávit aurículam ejus dextram.¹⁹⁶ Tunc ait illis¹⁹⁷ Jesus, ¶ Convértete gládium tuum in locum suum. Omnes enim qui accéperint gládium : gládio períbunt. An putas quia non possum rogáre patrem meum : et exhibébit michi modo plusquam duódecim legiónes angelórum ? Quómodo ergo implebúntur Scriptúre ? Quia sic opórtet fieri.¹⁹⁸ c. In illa hora dixit Jesus turbis, ¶ Tanquam ad latrónen exístis cum gládiis et fústibus comprehéndere me. Quotídie apud vos sedébam docens m templo : et non me tenuístis. c. Hoc autem totum factum est : ut adimpleréntur scriptúre prophetárum. Tunc discípuli omnes relícto eo fugérunt. At illi tenéntes Jesum : duxérunt ad Cáypham príncipem sacerdótum : ubi scribe et seniores convenérant. Petrus autem sequebátur eum a longe : usque in átrium príncipis sacerdótum. Et ingréssus intro : sedébat cum minístris, ut víderet finem. Príncipes autem sacerdótum et omne concílum, querébant falsum testimónium contra Jesum : ut eum morti tráderent. Et

non invenérunt, cum multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes : et dixérunt, s. Hic dixit, Possum destrúere templum Dei : et post tríduum reedificáre illud. c. Et surgens princeps sacerdótum : ait illi, s. Nichil respóndes ad ea que isti advérsus te testificántur ? c. Jesus autem tacébat. Et princeps sacerdótum ait illi, s. Adjúro te per Deum vivum ut dicas nobis si tu es Christus Fílius Dei vivi ?¹⁹⁹ c. Dicit illi Jesus, ¶ Tu dixísti. Verúmtamen dico vobis : ámodo vi-débitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei : et veniéntem in núbibus celi. c. Tunc princeps sacerdótum scidit vestiménta sua dicens, s. Blasphemávit. Quid adhuc egémus téstibus ? Ecce nunc audístis blas-phémiam. Quid vobis vidétur ? c. At illi respondéntes dixérunt, s. Reus est mortis. c. Tunc expuérunt in fáciem ejus : et cólaphis eum cecidérunt. Alii autem palmas in fáciem ejus dedérunt, dicéntes, s. Prophetíza nobis Christe : quis est qui te percussit ? c. Petrus autem²⁰⁰ sedébat foris in átrio. Et ac-céssit ad eum una ancílla dicens, s. Et tu cum Jesu Galiléo eras. c. At ille negávit coram ómnibus, dicens, c. Néscio quid dicis. c. Exeúnte autem illo jánuam : vidi eum ália ancílla, et ait his qui erant ibi, s. Et hic cum Jesu Nazaréno erat.²⁰¹ c. Et íterum negávit

cum juraménto : quia non novi hóminem. Et post pusíllum acces-sérunt qui ibi²⁰² stabant, et dixérunt Petro, s. Vere et tu ex illis es : nam et loquéla tua te maniféstum²⁰³ facit. c. Tunc cepit detestári et juráre : quia non novísset hóminem. Et contínuo gallus cantávit. Et recordátus est Pe-trus verbi Jesu quod díxerat : priú-squam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras : flevit amáre. Mane autem facto consílium iniérunt omnes príncipes sacerdótum et seniores pó-puli advérsus Jesum ut eum morti-tráderent. Et vinctum adduxérunt eum²⁰⁴ : et tradidérunt Póntio Pyláto présidi. Tunc videns Judas qui eum trádidit quod damnátus esset : peniténtia ductus rétulit trigínta argénteos príncipibus sacerdótum et se-nioribus pópuli,²⁰⁵ dicens, s. Peccávi : tradens sanguinem justum. c. At illi dixérunt, s. Quid ad nos ? Tu vidéris. c, Et projéctis argentéis in templo, recéssit : et ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdótum : accéptis argénteis dixérunt, s. Non licet eos mítttere in córbonam²⁰⁶ : quia príciuum sanguinis est. c. Consílio autem ínito : emérunt ex eis²⁰⁷ agrum figuli, in sepúlturam peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille Achélde-mach,²⁰⁸ hoc est ager sanguinis : usque in hodiérnum diem. Tunc implétum

est quod dictum est per Hieremíam prophétam dicéntem, Et accepérunt trigínta argénteos príciuum appreciáti quem appreciavérunt a filiis Israel : et dedérunt eos in agrum figuli sicut constítuit michi Dóminus. Jesus autem stetit ante présidem. Et interrogávit eum preses dicens, s. Tu es rex Judeórum ? c. Dixit illi Jesus, ✕ Tu dicis. c. Et cum accusarétur a príncipibus sacerdótum et se-nioribus : nichil respóndit. Tunc dicit illi Py-látus, s. Non audis quanta advérsum te dicunt testimónia ? c. Et non respóndit ei ad ullum verbum : ita ut mirarétur preses vehémenter. Per diem autem solénnum consuéverat preses dimíttere pópulo²⁰⁹ unum vinctum quem volu-íssent. Habébat²¹⁰ autem tunc unum²¹¹ vinctum insígnem qui dice-batur Barrábas : qui propter homi-cídium missus fúerat in cárcerem.²¹² Congregátis ergo illis : dixit Pylátus, s. Quem vultis dimíttam vobis : Bar-rábam, an Jesum qui dicítur Christus ? c. Sciébat enim quod per invídiā tradidíssent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli : misit ad eum uxor ejus dicens, s. Nichil tibi et justo illi. Multa enim passa sum hódie per visum propter eum. c. Príncipes autem sacerdótum et se-niores persuasérunt pópulis ut pérderent Barrábam : Jesum vero pérderent. Respóndens autem

preses : ait illis, *s.* Quem vultis vobis de duóbus dimítti ? *c.* At illi dixérunt, *s.* Barrábam. *c.* Dicit illis Pylátus, *s.* Quid ígitur fáciam de Jesu qui dicítur Christus ? *c.* Dicunt omnes, *s.* Crucifigátur. *c.* Ait illis preses, *s.* Quid enim mali fecit ? *c.* At illi magis clamábant dicéntes, *s.* Crucifigátur. *c.* Videns autem Pylátus quia nichil proficeret, sed magis tumúltus fieret : accépta aqua, lavit manus suas²¹³ coram pópulo dicens, *s.* Innocens ego sum a sanguine justi hujus, vos vidéritis. *c.* Et respóndens univérsus pópulus : dixit, *s.* Sanguis ejus super nos : et super filios nostros. *c.* Tunc dimísit illis Barrábam : Jesum autem flagellátum trádidit eis ut crucifigerétur. Tunc mílites présidis suscipiéntes Jesum in pretórium²¹⁴ : congregavérunt ad eum univérsam cohórtem. Et exuéntes eum : clámidem coccíneam circundéderunt ei. Et plecténtes corónam de spinis, posuérunt super caput ejus : et arúndinem in déxtera ejus. Et genufléxo²¹⁵ ante eum : illudébant ei dicéntes, *s.* Ave rex Judeórum. *c.* Et expuéntes in eum : accepérunt arúndinem, et percutiébant caput ejus. Et postquam illusérunt ei : exuérunt eum clámide : et induérunt eum vestiméntis ejus²¹⁶ : et duxérunt eum ut crucifígerent. Exeúntes autem : invenérunt hóminem Cyrenéum²¹⁷

nómine Symónem : hunc angaria-vérunt ut tolleret crucem ejus. Et venérunt in locum qui dícitur Gólgota : quod est Calvárie locus. Et dedérunt ei vinum bóbere cum felle mixtum. Et cum gustásset : nóluit bóbere. Postquam autem crucifixérunt eum : divisérunt vestiménta ejus sortem mitténtes : ut impleréatur quod dictum est per prophétam, dicéntem, Divisérunt sibi vestiménta mea : et super vestem meam misérunt sortem. Et sedéntes servábant eum. Et imposuérunt super caput ejus causam ipsíus scriptam : Hic est Jesus²¹⁸ rex Judeórum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrónes : unus a dextris et unus a sinístris. Pretereúntes autem blasphemábant eum movéntes cápita sua et dicéntes, *s.* Vah²¹⁹ qui déstruis templum Dei : et in tríduo illud redificas.²²⁰ Salva temetípsum. Si²²¹ Fílius Dei es : descénde de cruce. *c.* Simíliter et príncipes sacerdótum illudéntes ei²²² cum scribis et seniöribus : dicébant, *s.* Alios salvos fecit : seípsum non potest salvum fácer ?²²³ Si rex Israel est : descéndat nunc de cruce, et crédimus ei. Confidit in Deo : líberet eum nunc si vult²²⁴ Dixit enim : quia Fílius Dei sum. *c.* Idípsum autem et latrónes qui crucifixi erant cum eo : improperábant ei. A sexta autem hora ténebre facte sunt super univérsam

terram²²⁵ usque ad²²⁶ horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna dicens, **¶** Heloy : Heloy : lamazabatháni.²²⁷ c. Hoc est, **¶** Deus meus : Deus meus : ut quid dereliquísti me ? c. Quidam autem illic stantes et audiéntes :²²⁸ dicébant, s. Helýam vocat iste. c. Et contínuo currens unus ex eis : accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini : et dabat ei bóbere. Céteri vero dicébant, s. Sine : videámus an véniat Helýas líberans²²⁹ eum. c. Jesus autem íterum clamans voce magna : emísit spíritum.

Hic inclinet se dyaconus vel prosternet versus orientem : et dicat privatim, Pater noster. Ave María. : et In manus tuas Dómine [comméndo spíritum meum : redemísti me Dómine Deus veritatis].²³⁰ Deinde surgat : et poste resdiuum passionis legat.²³¹

c. Et ecce velum templi scissum est in duas partes : a summo usque deórsum. Et terra mota est. Et petre scisse sunt : et monuménta apérta sunt : et multa córpora sanctórum qui dormí-

erant surrexérunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectiōnem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuérunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant custodiéntes Jesum : viso terre motu²³² et his que fiébant : timuérunt valde, dicentes, s. Vere Fílius Dei erat iste. c. Erant autem ibi mulíeres multe a longe : que secúte erant Jesum a Galiléa, ministrántes ei. Inter quas erat María Magdaléne et María Jacóbi : et Joseph mater : et mater filiórum Zebedéi. Cum autem sero factum esset²³³ : venit quidam homo dives ab Arimathía nómine Joseph : qui et ipse discípulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pylátum et pétit corpus Jesu. Tunc Pylátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore Joseph : invólvit illud in sýndone munda : et pósuit illud in monuménto suo novo, quod excíderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti : et ábiit. Erant autem ibi María Magdaléne et áltera María : sedéntes contra sepúlchrum.

¶ *Feria ij. [post ramospalmarum.]*²³⁴

[*Ad missam.*]²³⁵

GS:89; 1508:90r; 1513:65r.²³⁶

Offic. VII.

074-01.  U-di-ca Dómi-ne * no-céntes me : expúgna im-
pugnán-tes me appre-hénde arma et scu- tum : et ex-
úr- ge in adju-tó- ri- um me- um, Dó-mi- ne
074-03. vir-tus sa-lú- tis me- e. Ps. Ef-fúnde fráme- am
et conclú-de : advérsus e- os qui per- sequún- tur me.
*Non dicitur ulterius.*²³⁷

Oratio.

<p>DA quésumus omnípotens Deus : ut qui in tot advérsis ex nostra [65v.] infirmitáte deficimus : intercedénte</p>	<p>unigéniti Fílii tui passióne respirémus. Qui tecum.</p>
--	--

<p>¶ [Epistola]²³⁸ <i>Lectio Isaie prophete. l. (5-10.)</i> IN diébus illis. Dixit Isáyas, Dó- minus Deus meus apéruit michi aurem : ego autem non contradíco,</p>	<p>retrórsum non ábii. Corpus meum dedi percutiéntibus : et genas meas velléntibus. Fáciem meam non avérti</p>
--	--

ab increpántibus et conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus : ídeo non sum confúsus. Ideo pósui fáciem meam ut petram duríssimam : et scio quóniam non confúndar. Juxta est qui justíficat me : quis contradícet michi ? Stemus simul. Quis est adver-sárius meus ? Accédat ad me. Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus. Quis

est qui condémnet me ? Ecce omnes quasi vestiméntum conteréntur : tínea cómedet eos. Quis ex vobis timens Deum : áudiens vocem servi sui ? Quis ambulávit in ténebris : et non est lumen ei ? Sperat in nómine Dómini : et innitátur super Dóminum Deum suum.

GS:89; 1508:90r; 1513:65v.²³⁹

074-04. Grad. IV.

X-úr-ge * Dó-mi-ne et inténde


ju-dí- ci- o me- o : De-us me- us et Dó-mi-

nus me- us in cau-sam me- am.

074-05.

V. Effúnde fráme- am : et conclú-

de ad-vérsus e-



*Tractus. [ut supra feria sexta post Oculi.]*²⁴⁰ 259.

Domine non secundum peccata nostra fecimus nos : neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *XV.* Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum : cito anticipent nos misericordie tue : quia pauperes facti sumus nimis.

Hic non fiat genuflectio cum dicitur XV. Adjuva nos Deus salutaris noster : et propter gloriam nominis tui Domine libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

C [Evangelium]²⁴¹ Secundum Johannem. xij. (1-36.)

Ante sex dies Pasche : venit Jesus Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus : quem suscitavit Jesus. Fecerunt autem ei cenam ibi : et Martha ministrabat. Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici preciosi : et unxit pedes Jesu et extersit capillis suis pedes ejus : et domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis ejus Judas Scariotis : qui erat eum traditorus, Quare hoc unguentum non venuit²⁴² trecentis denariis : et datum est egensis ? Dixit autem hoc : non quia de egensis pertinebat ad eum : sed quia fur erat, et lculos habens, ea que

mittebantur portabant. Dixit ergo Jesus, Sinite illam : ut in diem sepulture mee servet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum : me autem non semper habebitis. Cognovit ergo turba multa ex Iudeis, quia illic est²⁴³ : et venerunt non propter Jesum tantum : sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis. Cogitaverunt autem principes sacerdotum, ut et Lazarum interficerent : quia multi propter illum abiabant ex Iudeis, et credabant in Jesum. In crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum : cum audissent quia venit Jesus Hierosolymam : accepérunt ramos palmorum : et processerunt obviam ei et

clamábant, Osánna : benedíctus qui venit in nómine Dómini, rex Israel. Et invénit Jesus aséllum : et sedit super eum sicut scriptum est, Noli timére filia Syon : ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum ásine. Hec non cognovérunt discípuli ejus primum : sed quando glorificá tus est Jesus, tunc recordáti sunt, quia hec erant scripta de eo : et hec fecérunt ei. Testimónium ergo perhibébat turba que erat cum eo quando Lázarum vocávit de monuménto : et suscitávit eum a mórtuis.

[66r.] Proptérea et óbviā venit ei turba quia audiérunt eum fecisse hoc signum. Phariséi ergo dixérunt ad semetípos, Vidétis quia nichil proficimus ? Ecce mundus totus post eum ábiit. Erant autem quidam géntiles, ex his qui ascénderant : ut adorárent in die festo. Hi ergo accessérunt ad Philíppum, qui erat a Bethsáida Galilée : et rogábant eum dicéntes, Dómine : vólumus Je-sum vidére. Venit Philíppus : et dicit Andrée. Andréas rursum et Philíppus dixérunt Jesu. Jesus autem respóndit eis dicens, Venit hora : ut clarificétur Fílius hóminis. Amen amen dico vobis : nisi granum frumenti cadens in terram mórtuum fúerit : ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ániam suam : perdet eam. Et qui odit ániam suam in hoc mundo : in vitam

etérnam custódit eam. Si quis michi minístrat : me sequátur. Et ubi sum ego : illic et miníster meus erit. Si quis michi ministráverit : honorificábit eum Pater meus. Nunc ánima mea turbáta est. Et quid dicam ? Pater, salvífica me ex hac hora. Sed proptérea veni in horam hanc. Pater : clarífica nomen tuum. Venit ergo vox de celo dicens, Et clarificávi : et íterum clarificábo. Turba ergo que stabat et audíerat : dicébat tonítruum factum esse. Alii autem dicébant : ángelus ei locútus est. Respóndit Jesus, et dixit, Non propter me hec vox venit : sed propter vos. Nunc judícium est mundi : nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra : ómnia traham ad meípsum. Hoc autem dicébat : significans qua morte esset moritúrus. Respóndit ei turba, Nos audívimus ex lege : quia Christus manet in etérnum. Et quómodo tu dicis : opórtet exaltári Fílium hóminis ? Et²⁴⁴ quis est iste Fílius hóminis ? Dixit ergo eis Jesus, Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis : ut non ténebre vos comprehéndant. Et qui ámbulat in ténebris : nescit quo vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem : ut filii lucis sitis. Hec locútus est Jesus : et ábiit, et abscóndit se ab eis.

Feria ij. post ramospalmarum.

GS:89; 1508:90v; 1513:66r.²⁴⁵

Offert. III.

074-06.  - ri- pe me * de i- ni-mí-cis me- is, Dó-
 mi- ne ad te confúgi : do-ce me fá- ce-re vo-
 luntá-tem tu- am, qui- a De- us me- us es
 tu. *V.* Ex-áu- di me in tu-
 a jus- tí-ci- a : et ne intres
 in ju-dí- ci- um cum servo tu-o Dómi- ne.

074-07.

Secreta.

Psa majestáti tue Dómine fidéles
 pópulos comméndet oblátio : que
 per Fílium tuum Dóminum nostrum

Jesum Christum reconciliávit ini-
 micos. Qui tecum.

[*Prefatio. Qui corporáli jejúnio.*]²⁴⁶

1508:90v; 1513:66r; GS:90.²⁴⁷

074-08. Comm. VII.

- ru-bés- cant * et re-ve-re- ántur si- mul qui gra-
 tu- lántur ma-lis me- is : indu- ántur pudó-re et re-ve-
PT ecce vir nómine Joseph qui erat decúrio, vir bonus et justus : hic non consénserat consílio et áctibus eórum, ab Arimathía civitáte Judée : qui expectábat et ipse regnum Dei.

Hic accéssit ad Pilátum : et pétuit corpus Jesu : et depósitum invólvit sýndone : et pósuit eum in monuménto exciso. In quo nondum quisquam pósitus fúerat.

Feria iv. post ramospalmarum.

GS:93; 1508:93v; 1513:71r.³⁶⁷

Offert.

III.



Omi-ne * ex-áu- di o- ra-ti- ó- nem
 me- am : et cla-mor me- us ad te
 per-vé- ni- at. *V.* Ne a-vér- tas fá- ci- em
 tu- am, ne a-vér- tas fá- ci- em tu- am
 a me.

076-12.

076-14.

Secreta.

Suscipe quésumus Dómine mu-
 nus oblátum, et dignánter
 operáre : ut quod passiónis Fílli tui

Dómini nostri mystério gérimus, piis
 afféctibus consequámur. Per eúndem.

[*Prefatio. Qui corporáli jejúnio.*]³⁶⁸

GS:93; 1508:93v; 1513:71r.³⁶⁹

Comm.

II.



O-tum me- um * cum fle- tu tempe-rá- bam,

076-16.

Feria iv. post ramospalmarum.

qui- a é-le-vans al-li- sis-ti me : et e- go si-cut fe-
 num á-ru- i : tu autem Dó-mi- ne in e-tér- num pér-
 ma- nes, tu ex-úrgens mi-se-ré-be- ris Sy- on : qui- a
 ve-nit tempus mi-se-réndi e- jus.

Postcommunio.

LArgíre sénsibus nostris omní-
 potens Deus : ut per temporálem
 [71v.] Fílli mortem, quam mystéria
 venerántur : vitam nobis
 dedísse perpétuam confidámus. Per
 eúndem.

Super populum. Humiliáte cápita vestra Deo.

Oratio.

REspice Dómine quésumus super
 hanc famíliam tuam, pro qua
 Dóminus noster Jesus Christus non
 dubitávit mánibus tradi nocéntium : et
 crucis subíre torméntum. Qui tecum.

< *Passio secundum Lucam (xxij. 1. - xxij. 49.)*

ex Missale 1513. : 69r. - 71r.>

IN illo tempore. c. Appropinquabat autem³⁷⁰ dies festus³⁷¹ azimorum : qui dicitur Pascha. Et³⁷² querabant principes sacerdotum et scribe : quomodo Jesum interficerent. Timabant vero plebem. Intravit autem Sathanas in Iudam, qui cognominabatur Scarioth,³⁷³ unum de duodecim : et abiit, et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus, quemadmodum illum tradaret eis. Et gavisi sunt : et pacti sunt pecuniam illi dare. Et³⁷⁴ spopondit. Et querebat opportunitatem : ut tradaret illum sine turbis. Venit autem dies azimorum, in qua necesse erat occidi pascha : et misit Petrum et Johannem dicens, ✕ Euntes parate nobis pascha³⁷⁵ ut manducemus. c. At illi dixerunt, s. Ubi vis pareremus ? c. Et dixit ad eos, ✕ Ecce introeuntibus vobis in civitatem : occurret vobis homo quidam³⁷⁶ amphoram aque portans : sequimini³⁷⁷ eum in domum in quam intrat : et dicetis patrifamilias domus, Dicit tibi Magister, Ubi est diversorium ubi pascha cum discipulis meis manducem ? Et ipse vobis ostendet³⁷⁸ cenaculum magnum stratum : et ibi parate. c. Euntes autem invenierunt sicut dixit illis³⁷⁹ : et paraverunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit : et duodecim

apostoli cum eo. Et ait illis, ✕ Desiderio desideravi hoc pascha³⁸⁰ manducare vobiscum : antequam patiar. Dico enim vobis : quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. c. Et accepito calice gratias egit, et dixit, ✕ Accipite, et dividite inter vos. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis³⁸¹ : donec regnum Dei veniat. c. Et accepito pane : gratias egit et fregit : et dedit eis dicens ✕ Hoc est corpus meum quod pro vobis datur : hoc³⁸² facite in meam commemorationem. c. Similiter et calicem postquam cenavit, dicens, ✕ Hic est calix novum testamentum in sanguine meo : qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tridentis me : mecum est in mensa. Et quidem Filius hominis secundum quod diffinitum³⁸³ est vadit. Veruntamen³⁸⁴ ve homini illi³⁸⁵ : per quem tradetur. c. Et ipsi ceperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem et contentio inter eos : quis eorum videretur esse major. Dixit autem eis, ✕ Reges gentium dominantur eorum : et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui major est in vobis : fiat sicut minor. Et qui predecessor est sicut ministrator. Nam

quis major est, qui recúmbit : an³⁸⁶ qui minístrat ? Nonne qui recúmbit ? Ego autem in médio vestrum sum : sicut qui minístrat. Vos³⁸⁷ antem estis qui permansístis mecum in temptationibus meis. Et ego dispóno vobis sicut dis- pósuit michi Pater meus³⁸⁸ regnum : ut edátis et bibátis super mensam meam in regno meo : et sedeáti super thronos,³⁸⁹ judicántes duódecim³⁹⁰ tribus Israel. c. Ait autem Dóminus Symóni, ✕ Simon³⁹¹ : ecce Sáthanas expetívit vos, ut cribráret sicut tríticum. Ego autem rogávi pro te : ut non deficiat fides tua. Et tu aliquándo convérsus : confirma fratres tuos. c. Qui dixit ei, s. Dómine : tecum parátus sum, et in cácerem, et in mortem³⁹² ire. c. Et³⁹³ ille dixit, ✕ Dico tibi Petre : non cantábit hodie gallus : donec ter ábneges nosse me. c. Et dixit eis, ✕ Quando misi vos sine sácculo, et pera, et calciaméntis : nunquid áliquid défuit vobis ? c. At illi dixérunt, s. Nichil. c. Dixit ergo eis, ✕ Sed nunc qui habet sácculum : tollat simíliter et peram. Et qui non habet : vendat túnicam suam, et emat gládium. Dico enim vobis : quóniam adhuc hoc quod scriptum est, opórtet impléri in me. Et³⁹⁴ cum³⁹⁵ iníquis deputátus est. Etenim ea que sunt de me : finem habent. c. At illi dixérunt, s. Dómine : ecce gládii duo³⁹⁶ hic. c. At ille dixit eis, ✕ Satis est. c. Et

egréssus : ibat secúndum consuetudinem in montem Olivárum. Se- cúti³⁹⁷ sunt autem illum, et discípuli. Et cum pervenísset ad locum : dixit illis, ✕ Oráte : ne intrétis in temptaciónem. c. Et ipse avúlsus est ab eis : quantum jactus est lápidis. Et³⁹⁸ pó- sitis génibus : orábat dicens, ✕ Pater : si vis, transfer cálicem istum a me. Verúntamen non mea volúntas : sed tua fiat. c. Appáruit autem illi ángelus de celo : confórtans eum. Et factus in agónia prolíxius orábat. Et³⁹⁹ factus est sudor ejus sicut gutte sanguinis decurréntis in terram. Et cum sur- rexísset ab oratióne, et venísset ad discípulos suos : invénit eos dor- miéntes pre tristícia. Et ait illis, ✕ Quid dormítis ? Súrgite oráte : ne intrétis in temptationem. c. Adhuc eo loquénte : ecce turba et qui vocabátur Judas unus de duódecim, antecedébat eos. Et appropinquávit Jesu : ut os- cularétur eum. Jesus autem dixit illi, ✕ Juda : ósculo Fílium hóminis tradis ? c. Vidéntes autem hi qui circa ipsum erant quod futúrum erat : dixérunt ei, s. Dómine : si percútimus in gládio ? c. Et percússit unus ex illis servum príncipis sacerdótum : et amputávit aurículam ejus déxteram.⁴⁰⁰ Res- póndens autem Jesus ait, ✕ Sínite usque huc. c. Et cum tetigísset aurículam ejus : sanávit eum. Dixit

autem Jesus ad eos qui venérant ad se : príncipes sacerdótum, et magistrátus templi : et seniores, ✕ Quasi ad latrónem exístis cum gládiis et fústibus : cum quotidie vobíscum fúerim in templo : et ⁴⁰¹ non extendístis manum⁴⁰² in me. Sed hec est hora vestra : et potésta tenebrárum. c. Comprehendéntes autem eum duxérunt ad domum príncipis sacerdótum. Petrus ⁴⁰³ vero sequebátur eum ⁴⁰⁴ a longe. Accénso autem igne in médio átrii, ⁴⁰⁵ et circusedéntibus illis : erat Petrus in médio eórum. Quem cum vidísset ancilla quedam sedéntem ad lumen et eum misset intúita : dixit, s. Et hic cum illo erat. c. At ille negávit eum : dicens, s. Múlier : non novi illum. c. Et post pusíllum : álius videns eum dixit, s. Et tu de illis es. c. Petrus vero ait, s. O homo : non sum. c. Et intervállo facto quasi hore unius : álius quidam⁴⁰⁶ affirmábat dicens, s. Vere et hic cum illo erat : nam et Galiléus est. c. Et ait Petrus, s. Homo⁴⁰⁷ : nescio quid dicis. c. Et contínuo adhuc eo⁴⁰⁸ loquénte : cantávit gallus. Et convérsus Dóminus : respéxit Petrum. Et recordátus est Petrus verbi Dómini sicut díixerat : quia priúsqam⁴⁰⁹ gallus cantet : ter me negábis. Et egréssus foras Petrus⁴¹⁰ : flevit amáre. Et viri⁴¹¹ qui tenébant illum⁴¹² : illudébant ei cedéntes. Et velavérunt eum : et per-

cutiébant fáciem ejus et interroga-⁴¹³ gávérunt eum, dicéntes, s. Prophé-
tíza, quis est qui te percússit ? c. Et ália multa, blasphemántes : dicébant in eum. Et ut factus est dies : conve-
nérunt seniores plebis, et príncipes sacerdótum, et scribe : et duxérunt illum in consílium⁴¹⁴ suum dicéntes, s. Si tu es Christus dic nobis. c. Et ait illis, ✕ Si vobis díxero : non credétis michi. Si autem et interrogávero : non respondébitis michi, neque dimittétis. Ex hoc autem erit Fílius hóminis sedens a dextris virtútis Dei. c. Dixérunt autem omnes, s. Tu ergo es Fílius Dei ? c. Qui ait, ✕ Vos dícitis quia ego sum. c. At illi dixérunt, s. Quid adhuc desiderámus testimónium ? Ipsi enim audívimus de ore ejus. c. Et surgens omnis multitúdo eórum : duxérunt illum ad Pylátum. Cepérunt autem accusáre illum,⁴¹⁵ dicéntes, s. Hunc invénimus subverténtem gen-
tem nostram : et prohibéntem tribúta dari⁴¹⁶ Cesári : et dicéntem se Chris-
tum regem esse. c. Pylátus autem in-
terrogávit eum dicens, s. Tu es rex Judeórum ? c. At ille respondens, ait,
✕ Tu dicis. c. Ait autem Pilátus ad príncipes sacerdótum : et⁴¹⁷ turbas, s. Nichil invénio cause in hoc hómine. c. At illi invalescébant, dicéntes, s. Commóvit⁴¹⁸ pólum, docens⁴¹⁹ per univérsam Judéam : incípiens a Galiléa

usque huc. *c.* Pylátus autem áudiens Galiléam interrogávit si homo Galiléus esset. Et ut cognóvit quod de Heródis potestáte esset : remísit eum ad Heródem : qui et ipse erat Hierosólymis⁴²⁰ illis diébus. Heródes autem viso Jesu : gavísus est valde. Erat enim cúpiens ex multo témpore⁴²¹ vidére eum : eo quod audíerat⁴²² multa de eo : et sperábat signum áliquod vidére ab eo fieri. Interrogábat autem illum⁴²³ multis sermóibus. At ipse nichil illi⁴²⁴ respondébat. Stabant autem⁴²⁵ príncipes sacerdótum et scribe constánter accusántes eum. Sprevit autem illum Heródes cum exércitu suo : et illúsit indútum veste alba : et remísit ad Pylátum. Et facti sunt amíci Heródes et Pylátus in ipsa die. Nam⁴²⁶ antea inimíci erant adínvicem.⁴²⁷ Pilátus autem convocátiis princípibus sacerdótum, et magistrátibus et plebe : dixit ad illos, *s.* Obtulístis michi hunc hóminem, quasi averténtem pópulum : et ecce ego coram vobis intérrogans, nullam causam invénio⁴²⁸ in hómine isto ex his in quibus eum accusáti. Sed neque Heródes. Nam remísi vos ad illum : et ecce nichil dignum morte est actum ei.⁴²⁹ Emendátum ergo illum dimíttam. *c.* Necésse autem habébat, dimíttere eis per diem festum unum. Exclamávit autem simul uni-vérsa turba dicens, *s.* Tolle hunc et

dimítte nobis Barrábam. *c.* Qui erat propter seditióñem quandam factam in civitáte, et homicídium : missus in cárcerem. Iterum autem Pylátus locútus est ad eos⁴³⁰ : volens dimíttere Jesum. At illi suclamábant⁴³¹ dicéntes, *s.* Crucifige : crucifige eum. *c.* Ille autem tértio, dixit ad illos, *s.* Quid enim mali fecit iste ? Nullam causam mortis invénio in eo. Corrípiam ergo illum : et dimíttam. *c.* At illi instábant vócibus magnis : postulántes ut crucifigerétur : et invalescébant voces eórum. Et Pylátus adjudicávit fieri petitióñem eórum. Dimísit autem illis eum qui propter homicídium et seditióñem missus fúerat in cárcerem quem petébant : Jesum vero trádidit voluntáti eórum. Et cum dúcerent eum : apprehendérunt Symónem quendam Cyrenéñsem, veniéntem de villa : et imposuérunt illi crucem portáre post Jesum. Sequebátur autem illum multa turba pópuli et muliérum : que plangébant et lamentabántur eum. Convérsum autem ad illas Jesus, dixit, **¶** Fílie Hierúsalem, nolíte flere super me : sed super vosípsas⁴³² flete : et super filios vestros. Quóniam ecce véniunt dies in quibus dicent. Beáte stériles et ventres qui non genuérunt, et úbera que non lactavérunt. Tunc incípient dícere móntibus, cárdate super nos : et collíbus opérите nos. Quia si in

víridi ligno hec fáciunt : in árido quid fiet ? c. Ducebántur autem et álii duo nequam cum eo : ut interficeréntur. Et postquam venérunt in locum qui vocátur Calvárie, ibi crucifixérunt eum : et ⁴³³ latrónes unum a dextris, et álterum a sinístris. Jesus autem dicébat, ✕ Pater, dimítte illis : non enim sciunt quid fáciunt. c. Dividéntes vero vestiménta ejus : misérunt sortes. Et stabat pópulus expéctans ⁴³⁴ : et deridébant eum ⁴³⁵ príncipes, cum eis dicéntes, s. Alios salvos fecit : se ⁴³⁶ salvum fáciat, si hic est Christus Dei électus. c. Illudébant autem ei et mílités, accedéntes : et acétum offeréntes ei, ⁴³⁷ dicéntes, ⁴³⁸ s. Si tu es rex Judeórum : salvum te fac. c. Erat autem et superscríptio scripta super eum ⁴³⁹ : líitteris Grecis et Latínis, et Hebráicis, Hic est rex Judeórum. Unus autem de his qui pendébant latrónibus : blasphemábat eum dicens, s. Si tu es Christus : salvum fac te ipsum ⁴⁴⁰ et nos. c. Respóndens autem alter : increpábat eum dicens, s. Neque tu times Deum, qui ⁴⁴¹ in eádem damnatióne es. Et nos quidem juste, nam ⁴⁴² digna factis recípimus : hic vero

nihil mali gessit. c. Et dicébat ad Jesum, s. Dómine : meménto mei, cum véneris in regnum tuum. c. Et dixit illi Jesus, ✕ Amen dico tibi : hódie mecum eris in paradíso. c. Erat autem fere hora sexta : et ténebre facte sunt in univérsam terram, ⁴⁴³ usque in ⁴⁴⁴ horam nonam. Et obscurátus est sol : et velum templi scissum est médium.

Et cum dixerit diaconus, Velum templi scissum est. velum ante altare, ⁴⁴⁵ cadere permittatur.

Et clamans voce magna Jesus, ait ✕ Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. c. Et hec dicens expirávit.

Hic fiat genuflectio dicendo Pater noster. Ave María. In manus tuas.

c. Videns autem Centúrio quod factum fuerat : glorificávit Deum dicéns, s. Vere hic homo justus erat. c. Et omnis turba eórum qui simul áderant ad spectáculum istud, et vidébant que fiébant : percutiéntes péctora sua revertebántur. Stabant autem omnes noti ejus a longe : et mulíeres que secúte erant eum ⁴⁴⁶ a Galiléa hec vidéntes.

I Feria v. in cena Domini.

In primis fiat reconciliatio penitentium hoc modo. Nona cantata, pergit excellentior sacerdos⁴⁴⁷ ad ostium ecclesie occidentalis,⁴⁴⁸ indutus vestibus sacerdotalibus, in cappa serica rubea, cum duobus dyaconis, albis cum amictibus indutis, absque subdyacono et sine cruce : per medium chori precedente vexillo cilicino : sintque presentes in atrio ecclesie qui reconciliandi sunt. Et si episcopus adest : principalis archidyaconus ex parte penitentium scilicet extra ostium ecclesie in cappa serica [alba et stola indutus],⁴⁴⁹ legat hanc lectionem.

Adésto⁴⁵⁰ venerábilis póntifex tempus accéptum⁴⁵¹ : dies propiciatióne divíne, et salútis humáne : qua mors intéritum, et vita accépit etéerna princípium : quando in vínea Dómini Sábaoth sic novórum pálmitum plantátio faciénda est : ut purgétur execrátio vetustátis. Quamvis enim a divítiis bonitátis Dei, nichil témporis vacet : nunc tamen et largítor est per indulgentiam, remíssio pecatórum : et copiósior per grátiam, assúmptio renascéntium. Augémus regenerándis : créscimur, revérsis. Lavant aque : lavant láchrime. Inde est gáudium, de assumptióne vocatórum : hinc letícia, de absolutióne penitentium. Inde est quod súpplices tui, postéquam in várias formas críminum negléctu mandatórum celéstium, et morum probabílium transgressióne, cecidérunt : humiliáti itaque prostráti : prophética ad Deum voce clamant, dicéntes, Peccávimus cum pátribus

nostris : injúste égimus, iniquitátem fécimus. Miseré nostri, Dómine : vocem angélicam non frustratória aure capiéntes : beáti qui lugent, quóniam ipsi consolabúntur. Manducávérunt sicut scriptum est panem dolóris : láchrymis stratum rigávérunt : cor suum luctu : corpus jejúniis afflixérunt : ut animárum recíperent, quam perdiérant sanitátem. Unicum est itaque penitentie suffrágium : quod et singulis prodest : et ómnibus in commúne succúrrit. Redintégra ergo in eis apostólice póntifex : quicquid dyábolo suadénte, seviénte, scindénte, corrúptum est : et oratiónum tuárum patrocinántibus méritis : per divíne reconciliatiónis grátiam, fac hómines próximos Deo : ut qui ántea in suis perversitatibus displícebant : nunc jam placére se Dómino in régione vivórum, devícto mortis sue auctóre, gratuléntur.


Feria v. in cena Domini.

Que lectio non legatur episcopo absente.

Finita lectione : incipiat episcopus⁴⁵² [hanc]⁴⁵³ antiphonam.

GS:94; 1508:94r; 1513:71v.⁴⁵⁴


Ant.
VI.



E-ní- te. Ve-ní- te.

*infra predictum ostium, conversus ad borealem : signum faciendo cum manu, quasi vocando.
Deinde dyaconus ex parte penitentium, scilicet extra ostium, dicat,*


Pro-1519:53v; GS:94; 1508:94r; 1513:71v.⁴⁵⁵



Flectámus gé-nu- a.

[corruant penitentes ad pedes executoris officii.]⁴⁵⁶ Alius [vero]⁴⁵⁷ dyaconus ex parte episcopi,⁴⁵⁸ dicat


Pro-1519:53v; GS:94; 1508:94r; 1513:71v.⁴⁵⁹



Le-vá-te.

et ita fiat tribus vicibus.⁴⁶⁰ Ita tamen quod post tertiam repetitionem antiphone non dicitur Flectámus génuia. sed chorus prosequatur totam antiphonam, cantore incipiente [hoc modo].⁴⁶¹


P-1519:53v. 1508:94r; 1513:71v.⁴⁶²



Ve-ní-te fí- li- i audí- te me : ti- mó-rem Dómi-ni



do-cébo vos. Ps. Be-ne-dí-cam Dómi-num in omni



témpo-re : semper laus e-jus in o-re me-o. (xxxij.) Brev. [170].

Totus psalmus dicitur cum Glória Patri. Et post unumquemque V. repetatur antiphona.

[72r.] *Dum psalmus canitur a choro⁴⁶³ cum antiphona, semper manuatim penitentes ab aliquo presbytero de choro, habitu non mutato : reddantur sacerdoti executori officii : et ab ipso restituuntur ecclesie gremio. Tamen si episcopus presens fuerit : penitentes a presbytero reddantur archidiacono, et ab ipso reddantur episcopo : et ab ipso restituuntur ecclesie gremio. Quibus expletis : processio more solito in chorum redeat.⁴⁶⁴*

Deinde prosternant se omnes : et dicant clerici in choro septem psalmos penitentiales cum Glória Patri. et Sicut erat. [et antiphonam Ne reminiscáris.]⁴⁶⁵ Brev. [417.] Sacerdos vero cum suis ministris : dicat per se septem psalmos cum Glória Patri. et Sicut erat. et antiphonam Ne reminiscáris. cum⁴⁶⁶ Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson. Pater noster. ante altare⁴⁶⁷ sicut in die cinerum prenotatum est. [Et hec omnia sine nota dicuntur tam a sacerdote cum suis ministris quam a toto choro.]⁴⁶⁸ Deinde erigens se sacerdos [cum suis ministris],⁴⁶⁹ conversus ad australem⁴⁷⁰ coram dextero cornu altaris sine nota⁴⁷¹ dicat [super populum].⁴⁷²

[V.] Et ne nos [indúcas in tentaciónem].⁴⁷³

[R.] Sed líbera [nos a malo].⁴⁷⁴

[V.] Salvos fac servos tuos et ancíllas tuas.

[R.] Deus meus sperántes in te.

[V.] Convrétere Dómine úsquequo.

[R.] Et deprecábilis esto super servos tuos.


[V.] Mitte eis Dómine auxílium de sancto.

[R.] Et de Syon túere eos.

[V.] Adjuva nos Deus salutáris noster.

[R.] Et propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos : et propícius esto péccatis nostris propter nomen tuum.

Pro-1519:54r; 1508:94r; 1513:72r.⁴⁷⁵



V. Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti- ónem me- am. R. Et clamor

Feria v. in cena Domini.

me-us ad te vé-ni- at. *XV.* Dómi-nus vo-biscum. *R.* Et cum
spí-ri-tu tu-o. *XV.* O-rému-s.

Oratio.

ADesto Dómine supplicatióibus nostris : et me qui étiam misericórdia tua primus indígeo, cleménter exáudi : et quem non electióne mériti,

sed dono grátie tue constituísti óperis hujus minístrum : da fidúciam tui múnneris exequéndi : et ipse in nostro ministério quod tue pietátis est

Pro-1519:54v; 1508:94v.⁴⁷⁶

ope-rá-re. Per Christum Dómi-num nostrum. *R.* Amen.

Et dicantur omnes orationes : et terminentur sub tono lectionis [hoc modo]⁴⁷⁷ : et omnes orationes dicantur cum Orémus. [sub tono predicto].⁴⁷⁸ Non dicitur Dóminus vobíscum. nisi ante primam orationem tantum.

Alia oratio.

DEUS húmani⁴⁷⁹ géneris benig-níssime cónditor, et miseri-cordíssime reformátor : qui hóminem invídia dyáboli ab eternitaté dejéctum, únicí Fílli tui sanguine redemísti : vivífica hos fámulos tuos, quos tibi nullátenus mori desíderas : et qui non derelínquis dévios assúme corréctos : móveant pietátem tuam quésumus Dómine horum famulórum tuórum

lachrymósá suspíria : tu eórum medére vulnéribus : tu jacéntibus manum pórrige salutárem : ne ecclésia tua áliqua sui córporis portiόne vastétur : ne grex tuus detriméntum sustíneat : ne de famílie tue damno inimícus exúltet : ne renátos lavácro salutári, mors secúnda possídeat. Tibi ergo Dómine súpplices preces offérimus, tibi cordis⁴⁸⁰ fletum effúndimus : tu

parce confitentibus : ut sic in hac mortalitate peccata sua te adjuvante défleant : quatinus in tremendi judicii die, sententiam eterne damnationis evadant : et nesciant piissime Pater, quod terret in tenebris : quod stridet in

flammis : atque ab erroris sui via ad iter revérsi justicie : nequáquam ultra vulnéribus sauciéntur : sed intégrum sit eis atque perpétuum : et quod grátia tua⁴⁸¹ contulit, et quod misericordia reformávit. Per Christum.

Alia oratio.

[72v.] **D**omine sancte Pater omnípotens eterne Deus : qui vúlnera nostra curare dignátus es : te súpplices rogámus ac pétimus nos húmiles tui sacerdótes : ut précibus nostris aures tue pietatis inclinare dignéris : atque ad penitentiam confessióne moveáris, remittásque ómnia crímina : et peccata univérsa condónes : desque his fámulis

tuis Dómine pro supplíciis véniam : pro merore letítiam : pro morte vitam : ut qui ad tantam spem celéstis ápicis devolúti sunt : de tua misericordia confidéntes : ad bona pacífici⁴⁸² prémiū tui : atque ad celéstia dona pervenire mereántur. [et cum]⁴⁸³ Per Christum [Dóminum nostrum].⁴⁸⁴

Hic non dicitur Orémus. sed sacerdos ad populum conversus : manu extensa, sine nota dicat absolutionem.

[*Absolutio.*]⁴⁸⁵

Absolvimus vos vice beati Petri apostolorum príncipis : cui colláta est a Dómino potestas ligándi atque solvéndi⁴⁸⁶ : et quantum ad vos pertinet accusatio et ad nos remissio :

sit vobis omnípotens Deus vita et salus : et ómnium peccatórum vestrórum pius indúltor. Qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti. &c.

Et sic surgant omnes a prostratum osculantes formulas vel terram, sacerdote dicente, Qui vivit [et regnat].⁴⁸⁷ Et si episcopus adest : dicat [hanc]⁴⁸⁸ benedictionem [super populum adhuc in prostratione hoc modo] Benedictio Dei Patris].⁴⁸⁹

Deinde incipiatur missa sollenniter [a cantore]⁴⁹⁰ sine regimine chori.

[*Feria v. in cena Domini.*]⁴⁹¹

GS:90; 1508:91r, 94v; 1513:66r, 72v.⁴⁹²

Offic.

IV.



077-01.

Os au- tem * glo-ri- á- ri opór- tet in cru-ce
 Dó-mi-ni nostri Je- su Chris- ti : in quo est sa-lus vi- ta,
 et re- surréc-ti- o nos- tra : per quem sal-vá-ti et li-be-
 rá- ti su- mus. Ps. De- us mi-se-re- á-tur nostri et
 be-ne-dí-cat no-bis : il-lúmi-net vultum su- um su-per
 nos et mi-se-re- á-tur nostri.

Si episcopus celebretur, [tunc]⁴⁹³ dicitur Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto. [aliter non].⁴⁹⁴ Et sive episcopus celebret sive non : dicitur cantus de Condítor. Kyrieléison. absque versibus. Si episcopus celebret, dicitur Glória in excélsis [Deo].⁴⁹⁵ : aliter non.

Sequatur [Oratio cum Dóminus vobíscum. et]⁴⁹⁶ Orémus. sine Flectámus génuas. Leváte.

Oratio.

DEUS a quo et Judas próditor
réatus sui penam, et confessiónis
sui latro prémium sumpsit : concéde
nobis quésumus⁴⁹⁷ tue propiciatióinis
efféctum : ut sicut in passióne sua Jesus

Christus Dóminus noster, divérsa
utrísque íntulit stipéndia meritórum :
ita nobis abláto vetustátis erróre,
resurrectiónis sue grátiam largiátur.
Qui tecum vivit.

C [Epistola]⁴⁹⁸ *Ad Corinthios.*

FRATRES. Conveniéntibus vobis in
unum : jam non est Domínicam
cenam manducáre. Unusquisque enim
suam cenam presúmit ad man-
ducándum. Et álius quidem esúrit :
álius autem ébrius est. Nunquid do-
mos non habétis ad manducándum et
bibéndum ? Aut ecclésiam Dei con-
ténnitis et confúnditis eos qui non
habent ? Quid dicam vobis ? Laudo
vos, in hoc non laudo. Ego enim
accépi a Dómino quod et trádidi vobis :
quóniam Dóminus Jesus in qua nocte
tradebátur : accépit panem, et grárias
agens fregit et dixit, Accípite et
manducáte : hoc est corpus meum,
quod pro vobis tradétur. Hoc fácite in
meam commemoratióinem. Simíliter
et cálicem : postquam cenávit dicens,
Hic calix novum testaméntum est in

prime. xj. (i. Cor. xj. 20-32.)

meo sanguine : hoc fácite quoties-
cúnque bibétis in meam commemo-
ratiómem. Quotiescúnque enim man-
ducábitis panem hunc et cálicem
bibétis : mortem Dómini annuci-
ábitis donec véniat. Itaque quicúmque
manducáverit panem vel biberit cáli-
cem Dómini indígne : reus erit cór-
poris et sanguinis Dómini. Probet
autem seípsum homo : et sic de pane
illo edat : et de cálice bibat. Qui enim
mandúcat et bibit indígne judíciúm
sibi mandúcat et bibit : non dijúdicans
corpus Dómini. Ideo inter vos multi
infírmi et imbecíllés : et dórmiant
multi. Quod si nosmetípos dijudica-
rémus : non utíque judicarémur. Dum
judicámur autem, a Dómino corrí-
pimur : ut non cum hoc mundo dam-
némur. [73r.]

*Hec predicta epistola legatur in pulpito : et ibidem cantetur gradale a duobus pueris⁴⁹⁹ in
superpelliciis.*

GS:94; 1508:94v; 1513:73r.⁵⁰⁰

Grad.
V.



Hris-tus factus est * pro no- bis obé- di- ens
usque ad mor-tem : mor-tem autem cru- cis.

077-03.

077-04.

V. Propter quod et De-us ex-al-tá-vit il-lum :

et de-dit il-li no- men
quod est su-per omne no- men.

*Repetatur gradale nisi episcopus celebret.*⁵⁰¹

Evangelium legatur in pulpito more dominicali.

E [Evangelium]⁵⁰² Secundum Johannem. xij. (1-15.)

Ante diem festum pasche sciens Jesus quia venit hora ejus : ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexísset suos qui erant in mundo : in finem diléxit eos. Et cena facta, cum dyábolus jam misísset in cor, ut tráderet eum Judas Symónis Scarióthis⁵⁰³ : sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Et quia a Deo exívit,

et ad Deum vadit : surgit a cena, et ponit vestiménta sua. Et cum acce-písset líntheum : precínxit se. Deínde misit aquam in pelvum : et cepit laváre pedes discipulórum suórum : et extérgere líntheo quo erat precíncitus. Venit ergo ad Symónem Petrum. Et dixit⁵⁰⁴ ei Petrus, Dómine : tu michi lavas pedes ? Respóndit Jesus et dixit

ei, Quod ego fácio, tu nescis modo : scies autem póstea. Dicit⁵⁰⁵ ei Petrus, Non lavábis michi pedes in etérnum. Respóndit ei Jesus, Si non lávero te : non habébis partem mecum. Dicit ei Symon Petrus, Dómine non tantum pedes meos : sed et manus et caput. Dicit ei Jesus, Qui lotus est : non índiget nisi ut pedes lavet : sed est mundus totus. Et vos mundi estis : sed non omnes. Sciébat enim quisnam esset qui tráderet eum : propterea dixit

non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eórum : ⁵⁰⁶ accépit vestiménta sua : et cum recubuísset, íterum dixit eis, Scitis quid fácerim vobis ? Vos vocátis me Magíster et Dómine : et bene dícitis. Sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dóminus et Magíster : et vos debétis alter al- térius laváre pedes. Exéplum enim dedi vobis : ut quemádmodum ego feci vobis, ita et vos faciátis.

Et legatur in pulpito more dominicali : sine Credo. nisi episcopus celebraverit : tunc enim legatur evangelium more duplicis festi : et dicitur Credo [in unum].⁵⁰⁷

GS:95; 1508:95r; 1513:73r.⁵⁰⁸

Offert. II.

077-05.

Ex-te- ra * Dómi- ni fe-cit vir- tú- tem :

déx-te-ra Dó-mi-ni ex-al-tá- vit me, non mó-ri-

ar sed vi- vam : et narrá-bo ó-pe-ra Dómi-ni.

[Deinde]⁵⁰⁹ Ponantur a subdyacono⁵¹⁰ tres hostie ad consacrandum⁵¹¹ : quarum due reserventur in crastinum, una ad percipiendum a sacerdote, reliqua ut ponatur cum cruce in sepulchro.

Secreta.

Pse tibi quésimus Dómine sancte
Pater omnípotens etérne Deus
sacrificium nostrum reddat accéptum :
qui discípulis suis in sui commemo-

ratióñem hoc fieri, hodiérna traditióne
monstrávit Jesus Christus Dóminus
noster. Qui tecum.

[*Hac die dicitur*]⁵¹² *Prefatio quotidiana.*

*Hac die Sanctus. solenniter cantetur : licet episcopus defuerit. Infra canonem Communicantes. et Hanc ígitur. et Qui prídie. et dicuntur tam a sacerdote quam ab episcopo.*⁵¹³

*Tres pueri ante olei consecrationem : simul cantent hunc hymnum in superpelliciis,*⁵¹⁴
[scilicet]⁵¹⁵ O Redémptor. *Chorus idem repeatat post unumquemque versum [hoc modo].*⁵¹⁶

1508:95r; Rylands-24:183.⁵¹⁷

Hymn.

I.




Re-démpтор * sume carmen Te-met conci-
nénti- um.

830247.

[*Pueri.*]⁵¹⁸

XV. Audi ju-dex mortu- ó-rum, Una spes mortá-li- um :
Audi vo-ces pro-fe-réntum, Do-num pa-cis prémi- um.


Feria v. in cena Domini.




XV. Assit flamen sacro-sánctum, O-lim per di- lú-vi-
um : Qui ramum tu-lit ó-li-ve Ad archam ec-clé-si- e.



XV. Arbor fe-ta alma lu-ce, Hoc sacrándum pró-tu- lit :
Fert hec pro-na pre-sens turba, Salva-tó-ri sé-cu-li.




XV. Conse-crá-re tu digná-re, Rex perhénnis pá-tri- e :
Hoc o-lí-vum signum vi-vum, Contra ju-ra Démonum.




XV. Ut no-vé-tur sex-us omnis, Uncti- óne crismá- tis :
Et me-dé-tur sauci- á-ta, Digni-tá-tis gló-ri- a.

[*Hic pergit episcopus ad altare. Chorus interim repetat O Redémptor.*]⁵¹⁹


Feria v. in cena Domini.




XV. Stans ad a-ram immo supplex, Infu-lá-tus ponti- fex :




Dé-bi-tum persólvat omne, Consecrá-to crísmá-te.



XV. Sit hec di- es festa no-bis, Se-cu-ló-rum sé-cu- lis :



Sit sacrá- ta laude digna, Nec se-néscat témpo-re.



XV. Laus perhénnis De-o Pa-tri, Glo-ri- áque Fí-li- o :



Honor vir-tus et po-téstas, Ambó-rum Pa- rá-cli-to.

Hac die non dicitur Agnus Dei. nec pax⁵²⁰ detur, nisi episcopus celebraverit, tunc enim dicitur Agnus Dei. solenniter more duplicis festi : et sacri crismatis ampulla, pro pace deosculetur. [73v.]

GS:95; 1508:95v; 1513:73v.⁵²¹

Comm.

II.



Omi-nus Je-sus * postquam ce-ná- vit cum discí-

pu-lis su- is : la-vit pe-des e- ó-rum et a- it il- lis, Sci-
tis quid fé-ce- rim vo- bis e-go Dómi- nus et Ma-gíster :
ex-émplum de-di vo- bis : ut et vos i- ta fa-ci- á-tis.

Cantata communione : statim incipiuntur vespere festive : sine regimine chori et sine Deus in adjutórium.

*Ab aliquo de superiori gradu incipiatur antiphona [hoc modo].*⁵²²

AS:222; 1519:204r; 1531:122r; 1508:96r; 1513:73v.⁵²³

1. Ant.

II.i.

1754.



A-li-cem. Ps. Crédidi propter.

Psalmus. (cxv.)

Créddidi propter quod locútus
sum : * ego autem humiliátus
sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * ómnis
homo mendax.

Quid retríbuam Dómino : * pro
ómnibus que retríbuit michi ?

Cálicem salutáris accípiam : * et no-
men Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram
omni pôpulo ejus : * preciosa in con-

spéctu Dómini mors sanctórum ejus.

O Dómine quia ego servus tuus : *
ego servus tuus et filius ancílle tue.

Dirupísti víncula mea, tibi sacrifi-
cabo hóstiam laudis : * et nomen
Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in
conspéctu omnis pôpuli ejus : * in
átriis domus Dómini in médio tui
Hierúsalem.

Non dicitur Glória Patri. sed repetatur antiphona.

Ant.




G A-li-cem sa-lu-tá-ris accí-pi- am : et nomen
Dómi-ni invo-cá-bo.

[*Et ceteri psalmi cum suis antiphonis dicuntur simili modo sine Glória.*]⁵²⁴

AS:222; 1519:204r; 1531:122r; 1508:96r; 1513:73v.

2. Ant.

VIII.i.



G Um his. *Ps. Ad Dóminum cum tribulárer.*

2008.

Psalmus. (cxix.)

AD Dóminum cum tribulárer
clamávi : * et exaudívit me.

Dómine líbera ániam meam a
lábiis iníquis : * et a língua dolósa.


Quid detur tibi aut quid apponátur
tibi : * ad línguam dolósam ?⁵²⁵

Sagítte poténtis acúte : * cum car-
bónibus desolatóriis.

Heu michi quia incolátus meus
prolongátus est : * habitávi cum habi-
ántibus Cedar : multum íncola fuit
ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem eram
pacíficus : * cum loquébar illis impug-
nábant me gratis.


Ant.



G Um his qui o-dé-runt pa-cem e-ram pa-cí-fi-cus :
cum loqué-bar il- lis impugná-bant me gra-tis.

AS:222; 1519:204r; 1531:122r; 1508:96r; 1513:73v.

3. Ant.
1199. VIII.i.



B homí-ni-bus i-níquis. *Ps.* Eripe me Dómine.

Psalmus (cxxxix).

Ripe me Dómine ab homíne
malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquítátes in
corde : * tota die constituébant prélia.

Acuérunt linguam suas sicut ser-
péntes : * venénum áspidum sub lábiis
eórum.

Custódi me Dómine de manu
peccatóris : * et ab homínibus iníquis
éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus
meos : * abscondérunt supérbi lá-
queum michi.

Et funes extendérunt in láqueum : *
juxta iter scándalum posuérunt michi.

Dixi Dómino Deus meus es tu : *
exáudi Dómine vocem deprecationis
mee.

Dómine Dómine virtus salútis mee : *
obumbrásti super caput meum in die

belli.

Non tradas me Dómine a desidério
meo peccatóri : * cogitavérunt contra
me ne derelínquas me ne forte exal-
téntur.

Caput circúitus eórum : * labor
labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes : in ig-
nem dejícies eos : * in misériis non
subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : *
virum injústum mala cápiet in
intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus ju-
dícum ínopis : * et vindictam páu-
perum.

Verúmtamen justi confitebúntur
nómini tuo : * et habitábunt recti cum
vultu tuo.

Ant.




B homí-ni-bus i-níquis lí-be-ra me Dómi-ne.

AS:222; 1519:204r; 1531:122r; 1508:96r; 1513:74r.

4. Ant.

VII.i.



2082.

Ustó-di me. Ps. Dómine clamávi.

Psalmus cxl.

Dómine clamávi ad te exáudi me : *
Inténde voci mee cum clamávero
ad te.

Dirigátur orátko mea sicut incénsum
in conspéctu tuo : * elevatio mánum
[74r.] meárum sacrificium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo : *
et óstium circunstántie lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba
malície : * ad excusáandas excusatiónes
in peccátis.

Cum homínibus operántibus ini-
quitatem : * et non communicábo cum
eléctis eórum.

Corrípet me justus in misericórdia
et increpábit me : * óleum autem pec-

catóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátko mea in
beneplácitis eórum : * absórpti sunt
juncti petre júdices eórum.


Audient verba mea quóniam po-
tuérunt : * sicut crassitúdo terre erépta
est super terram.

Dissipáta sunt ossa⁵²⁶ nostra secus
inférnum : * quia ad te Dómine Dó-
mine óculi mei in te sperávi non
áuferas ánimam meam.


Custodi me a láqueo quem statu-
érunt michi : * et ab scándalis ope-
rántium iniquitatem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : *
singuláriter sum ego donec tránseam.

Ant.



Ustó-di me a láque-o quem sta-tu-é- runt michi :



et ab scán-dal-i ope-ránti- um i-niqui- tá-tem.

AS:222; 1519:204v; 1531:122r; 1508:96r; 1513:74r.

5. Ant.
VII.i.
1891. 

Onси-de-rá-bam. *Ps. Voce mea. [ij.]*

Psalmus. (cxli.)

Oce mea ad Dóminum clamávi : *
voce mea ad Dóminum depre-
cátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus oratióñem
meam : * et tribulatióñem meam ante
ipsum pronúncio.

In deficiéndo ex me spíritum meum : *
et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam : * ab-
scondérunt láqueum michi.

Considerábam ad déxteram et vidé-
bam : * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me : * et non est qui
requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine : * dixi tu es
spes mea : pótio mea in terra vi-
véntium.

Inténde ad deprecatióñem meam : *
quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me : *
quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad
confiténdum nómini tuo : * me ex-
péctant justi donec retríbuas michi.

Ant. 

Onси-de-rá-bam ad déxte-ram et vi-dé-bam : et



non e- rat qui cognósce-ret me.

*Finita hac quinta antiphona statim incipiatur antiphona [hoc modo sic].*⁵²⁷

AS:222; 1519:204v; 1531:122r; 1508:96r; 1513:74r.

1781. 

Ant.

Enánti-bus au-tem. *Ps. Magníficat. 46*.*

Canticum beate Marie. (Luce j.)

Agníficat : * ánima mea Dóminum.

Et exultávit spíritus meus : * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancílle sue : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit michi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies : * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede : * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum : * recordátus misericórdie sue.

Sicut locútus est ad patres nostros : * Abraham et sémini ejus in sécula.

Ant.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large initial 'C' decorated with intricate flourishes. The lyrics 'Enanti-bus au-tem accé-pit Je-sus pa-nem : be-ne-' are written below the staff. The second staff continues the musical line with the lyrics 'díx-it ac fre-git de-dit discí-pu-lis su-is.'

Repetita⁵²⁸ antiphona post Magníficat. dicat sacerdos postcommunionem cum Dóminus vobíscum. et Orémus. more solito.

Postcommunio.

REfécti vitálibus aliméntis, quésumus, Dómine Deus noster : ut quod témpore nostre mortalitátis⁵²⁹

exéquimur : immortalitatis tue múnere consequámur. Per Dóminum.

Et sic missa et vespere simul finiantur : dyacono dicente Ite missa est. si episcopus celebret, si vero [episcopus]⁵³⁰ non [celebraverit]⁵³¹ : [tunc]⁵³² missa et vespere simul [solemniter]⁵³³ finiantur cum Benedicámus Dómino.

Propter solennitatem vero cene : dyaconus et subdyaconus, dalmatica et tunica induantur :

licet episcopus non celebraverit.


[74v.] ⁵³⁴Post prandium [autem]⁵³⁵ convenient clerici ad ecclesiam ad altaria abluenda : et ad mandatum faciendum : et ad completorium dicendum.

In primis benedicatur aqua more solito [scilicet dominicali]⁵³⁶ extra chorum privatim. Deinde parentur duo sacerdotes excellentiores cum dyacono et subdyacono de secunda forma : et ceroferario de prima forma : qui omnes sint⁵³⁷ albis cum amictibus induiti [et duobus clericis vinum et aquam deferentibus]⁵³⁸ : et incipient a majori altari : et abluant illud infundentes vinum et aquam : et interim cantetur R̄. In monte Oliveti.⁵³⁹ Brev. 1165. a toto choro coram altari, cum suo V. et dicitur sine Glória Patri. Quo finito dicitur V. et oratio de sancto, in cuius honore consecratum est altare : ab excellentiore sacerdote, modesta voce. Item sine nota que terminetur sic Per Christum [Dóminum],⁵⁴⁰ nec precedat, nec subsequatur Dóminus vobíscum. sed tantum Orémus. ante orationem, [et postea deosculetur altare ab executore officii et alii clerici consequenter].⁵⁴¹ Eodem modo omnia altaria in ecclesia abluantur cum R̄. et V. sicut ordinatim sunt in predicta hystoria : scilicet In monte Oliveti. et cum V. et oratione de sanctis ut supra dictum est. Ita [tamen]⁵⁴² quod nullum R̄. incipiatur, nisi tantum coram altari : et ibi totum cantabitur ut supra diximus. Et semper in extrema ablutione cantetur R̄. Circumdedérunt. Brev. 1055. cum suo versu. Et si [vero]⁵⁴³ plura fuerint altaria in ecclesia quam R̄. in predicta hystoria : tunc reincipiatur hystoria ordine predicto servato : sed quod R̄. Circumdedérunt. semper [in]⁵⁴⁴ ultimo loco cantetur.

Post ablutionem altaris,⁵⁴⁵ intrent capitulum : et dyaconus legat evangelium Ante diem festum. sicut ad missam lectum est, deinde dicitur sermo [si placuerit].⁵⁴⁶ Quo finito : surgant duo predicti sacerdotes, et incipientes a majoribus, lavent omnium pedes : unus ex una parte : et alter ex altera parte chori : et ipsi invicem sibi lavent pedes. Et interim cantentur he sequentes antiphone cum suis psalmis a toto choro interim sedente.

Pro-1519:61r; GS:96; 1508:96v.⁵⁴⁷

3688. Ant. III.iv.



Andá-tum no-vum * do vo-bis ut di-li-gá-tis ívi-

Feria v. in cena Domini.

cem si-cut di-léx-i vos di-cit Dómi-nus. *Ps.* De-us mi-se-re-á-tur nostri et be-ne-dí-cat no-bis : il-lúmi-net vultum su-um su-per nos et mi-se-re-á-tur nostri. (*lxvj.*) Brev. [51].

*Totus psalmus dicitur sine Glória Patri. et post unumquemque Ḫ. repetatur antiphona.
Et hoc modo dicuntur omnes antiphone cum suis psalmis que sequuntur.*

Pr-1519:61r; GS:96; 1508:96v.⁵⁴⁸

Ant. VII.iv. 2231.

I-li-gámus nos * ín-vi-cem qui- a chá-ri-tas ex De-o est et quid dí-li-git fratrem su-um ex De-o na- tus est et vi-det De-um. *Ps.* Ecce quam bonum et quam jo-cúndum : ha-bi-tá-re fratres in u-num. (*cxxxij.*) Brev. [345].

GS:96; 1508:97r; 1519:61v.⁵⁴⁹

3224.

Ant.
VII.i.


N di- é-bus il- lis * mú-li- er que e-rat in ci-vi-tá-te
 péc-ca-trix, ut cognó- vit quod Je-sus accu-bu- ísset in do-
 mo Symó-nis lepró-si áttu- lit a-la-bás-trum unguénti :
 et stans retro se-cus pe-des Dómi-ni Je-su lá-chry-mis
 ce-pit ri-gá-re pe-des e- jus et ca-píl- lis cá-pi-tis
 su- i tergé-bat et oscu-la-bá- tur pe-des e- jus
 et unguén-to ungé-bat. Ps. Mi-se-ré-re me- i De-us :
 se-cúndum magnam mi-se-ri-córdi- am tu- am. (l.) Brev. [i77].

The musical notation consists of a single staff with four horizontal lines. The notes are represented by black squares (neumes) placed on or between the lines. There are several fermatas (diamond-shaped marks) placed above certain notes. The music is divided into measures by vertical bar lines, and there are two double bar lines with repeat dots at the end of the piece.

Feria v. in cena Domini.


GS:96; 1508:97r; 1519:62r.⁵⁵⁰

Ant.
VI.




A-rí- a er-go * unxit pe-des Je-su et extérsit
 ca-píl-lis su- is et domus implé-ta est ex odó- re
 unguénti. Ps. Be- á-ti imma-cu-lá-ti in vi- a : qui ámbu-
 lant in le-ge Dómi-ni. (cxvij.) Brev. [100].

3699.




Pro-1519:62r; GS:97; 1508:97r.⁵⁵¹

Ant.
IV.x.




Ostquam surréx-it * Dómi-nus a ce-na mi-sit
 aquam in pel- vim, ce-pit la-vá-re pe-des dis-cí-pu- ló-
 rum : hoc ex-émplum ré-liquit e- is. Ps. Audí-te hec

4340.



Feria v. in cena Domini.



omnes gentes : áuri-bus percí-pi-te qui ha-bi-tá- tis orbem.

(xlvij.) Brev. [213].


He sequentes antiphone si necesse fuerit cantentur : sin autem, omnino pretermittantur.

GS:97; 1508:97v.⁵⁵²


5504. Ant. II.




Os vo-cá- tis me * Ma-gíster et Dómi-ne, et be-



ne dí-ci-tis, sum é-te-nim : si e-go la-vi vestros pe-des



Dómi-nus et Ma- gíster : et vos de-bé-tis alter alté-ri- us




la-vá- re pe-des.

Pro-1555:unpaged; 1508:97v.⁵⁵³

4889. Ant. I.




I e-go Dómi-nus et Ma-gíster ves- ter la-vi



vo-bis pe-des, quanto ma- gis vos de-bé-tis alter

Feria v. in cena Domini.



alté-ri- us la-vá-re pe-des.

GS:97; 1508:97v.⁵⁵⁴

Ant. VI.



N- te di- em * festum Pasche, sci- ens
Je- sus qui- a ho- ra e- jus ve- nit ut tráns- e- at ex
hoc mundo ad Pa- trem, et ce- na facta, sur- réx- it,
línthe- o pre- cínx- it se, mi- sit aquam in pel- vim,
ce- pit la-vá-re pe-des disci- pu- ló-
rum.

The musical score consists of five staves of Gregorian chant notation. The first staff begins with a decorative initial 'A' and ends with a double bar line. The second staff starts with a single note on the fourth line. The third staff begins with a single note on the second line. The fourth staff begins with a single note on the fourth line. The fifth staff begins with a single note on the second line. The notation uses black square note heads and vertical stems. The text is written below the staves, corresponding to the musical phrases.

GS:97; 1508:97v.⁵⁵⁵

Ant. VIII.

1431[b].

V E- nit * ad Petrum, di- cit e- i Pe-trus, Non
 la-vá-bis michi pe-des in e-tér-num : repóndens Je- sus
 dix- it, si non lá-ve-ro te non ha-bé-bis partem me-cum :
 Dómi- ne non tantum pe-des me-os, sed et ma-nus
 et ca-
 put.



*Peracta ablutione pedum : dicto sermone, accipient charitatis potum. Quibus rite peractis : unus sacerdos dicat preces hoc modo.*⁵⁵⁶

[V.] Suscépimus Deus misericórdiam tuam. [R.] In médio templi tui.

[V.] Tu mandásti. [R.] Mandáta tua custodíri nimis.

[V.] Ecce quam bonum et quam jocúndum. [R.] Habitáre fratres in unum.

[V.] Dómine exáudi [oratióne meam]. [R.] Et clamor [meus ad te véniat].

[V.] Dóminus vobíscum. [R.] Et cum [spíritu tuo].

[V.] Orémus.

Oratio.

ADesto quésimus⁵⁵⁷ Dómine of-
ficio servitútis nostre : et quia tu
pedes laváre dignátus es tuis discípulis :
ne despícias ópera mánum tuárum,
que nobis retinénda mandásti : sed
sicut exterióra hic abluúntur in-

quinaménta córporum : sic a te óm-
nium nostrórum⁵⁵⁸ interióra mun-
déntrur peccáta, quod ipse prestáre
dignérís.⁵⁵⁹ Qui cum Deo Patre et
Spíritu Sancto vivis et regnas Deus.
Per.

Si vero nullus assit clericus sermonem faciens : ceteris ut prius peractis : post ablutionem pedum dicuntur preces predicte. Deinde legatur sequens evangelium a quodam dyacono de secunda forma : in superpelliciis sine titulo, benedictione prius petita ab executore officii : et legatur more lectionis,⁵⁶⁰ fratribus interim charitatis potum sumentibus : et legatur usque ad illum finem, Súrgite eámus hinc. Et ita recedant. [75r.]

Evangelium.

C Secundum Johannem. xijj. et xijj. (xijj. 16-xijj. 31.)

IN illo témpore. Dixit Jesus dis-
cípulis suis, Amen amen dico
vobis : non est servus major dómino
suo : neque apóstolus major eo qui
misit illum. Si hec scitis : beáti éritis si
feceritis ea. Non de ómnibus vobis
dico, Ego scio quos élégerim : sed ut
adimpleátur scriptúra. Qui mandúcat
mecum panem : levábit contra me
calcáneum suum. Amodo⁵⁶¹ dico vo-
bis priúsqam fiat : ut cum factum
fuerit, credáatis quia ego sum. Amen
amen dico vobis : qui áccipit si quem
miséro, me áccipit. Qui autem me
áccipit : áccipit eum qui me misit. Et
cum hec dixísset Jesus : turbátus est
spíritu : et protestátus est et dixit,
Amen amen dico vobis : quia unus ex

vobis me tradet. Aspiciébant ergo
adínvicem discípuli : hesitantes de quo
diceret. Erat autem recúmbens unus
ex discípulis ejus in sinu Jesu : quem
diligébat Jesus. Innuit ergo huic Sy-
mon Petrus : et dixit ei, Quis est de
quo dixit ? Itaque cum recubuísset ille
supra pectus Jesu : dixit ei, Dómine,
quis est ? Respóndit Jesus, ille est cui
ego intíncum panem porréxero. Et
cum intinxísset panem : dedit Jude
Symónis Scarióthis.⁵⁶² Et post buc-
céllam, introívit in illum Sáthanás : et
dixit⁵⁶³ ei Jesus, Quod facis, fac cítius.
Hoc autem nemo scivit discum-
bentium : ad quid díixerit ei. Quidam
autem putábant quia lóculos habébat
Judas : quod dixísset ei Jesus eme ea

que nobis opus sunt ad diem festum : aut egénis ut áliquid daret. Cum ergo accepísset ille buccéllam : exívit contínuo. Erat autem⁵⁶⁴ nox. Cum ergo exísset dixit⁵⁶⁵ Jesus, Nunc clarificá tus est Fílius Hóminis : et Deus clarificá tus est in eo. Si Deus clarificá tus est in eo : et Deus clarificábit⁵⁶⁶ eum in semetípso Et contínuo clarificábit⁵⁶⁷ eum. Filióli adhuc módicum vobíscum sum. Querétis me : et sicut dixi Judéis, quo ego vado vos non potéstis venire. Et vobis dico modo. Mandátum novum do vobis ut diligátis ínvicem : sicut diléxi vos ut et vos diligátis ínvicem. In hoc cognóscent omnes quia discípuli mei estis : si dilectionem habuéritis ad ínvicem. Dixit ei Symon Petrus, Dómine quo vadis ? Respóndit Jesus, Quo ego vado non potes me modo sequi : sequérис autem póstea. Dixit ei Petrus, Quare non possum te sequi modo ? Animam meam pro te ponam. Respóndit ei⁵⁶⁸ Jesus, Animam tuam pro me pones ? Amen amen dico tibi : non cantábit gallus donec ter me negábis.⁵⁶⁹ Et ait discípulis, Non turbétur cor vestrum : neque fórmidet. Créditis in Deum et in me crídite. In domo Patris mei mansiónes multe sunt. Si quóminus dixíssem vobis : quia vado paráre vobis locum. Et si abíero et preparávero vobis locum : íterum véniam et ac-

cípiam vos ad méípsum : ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis : et viam scitis. Dixit ei Thomas, Dómine : nescímus quo vadis. Et quómodo pójssumus viam scire ? Dicit ei Jesus, Ego sum via véritas et vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognovissétis me : et Patrem meum utíque cognovissétis. Et ámodo cognoscétis eum : et vidístis eum. Dicit ei Philíppus, Dómine, osténde nobis Patrem : et súfficit nobis. Dicit ei [75v.] Jesus, Tanto témpore vobíscum sum : et non cognovistis me ? Philíppus, qui videt me : videt et Patrem meum. Et quómodo tu dicis osténde nobis Patrem ? Non credis quia ego in Patre : et Pater in me est ? Verba que ego loquor vobis : a méípsu non loquor. Pater autem in me manens : ipse facit ópera. Non créditis quia ego in Patre : et Pater in me est ? Alíoquin propter ópera ipsa crídete. Amen amen dico vobis : qui credit in me ópera que ego fácio, et ipse fáciet. Et majóra horum faciet, quia ego ad Patrem vado. Et quodcúnque petiéritis Patrem in nómine meo hoc fáciam : ut glorificétur Pater in Fílio. Si quid petiéritis⁵⁷⁰ in nómine meo : hoc fáciam. Si dilígítis me : mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem : et álium Paraclítum dabit vobis ut máneat vobíscum in etérnum. Spíritum veritatis quem

mundus non potest cápere : quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum quia apud vos manébit : et in vobis erit. Non relínquam vos órphanos, véniam ad vos adhuc módicum : et mundus me jam non videt. Vos autem vidébitis me quia ego vivo et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis quia ego sum in Patre meo et vos in me et ego in vobis. Qui habet mandáta mea et servat ea : ille est qui díligit me. Qui autem díligit me : diligétur a Patre meo. Et ego díligam eum : et manifestábo ei meípsum. Dicit ei Judas, non ille Scarióthis,⁵⁷¹ Dómine quid factum est, quia manifestatúrus es teípsum nobis, et non mundo ? Respondit Jesus : et dixit ei, Si quis díligit me : sermóнем meum servábit. Et Pater meus díliget eum : et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus. Qui non díligit me : sermónes meos non servat. Et ser-

mónem quem audístis non est meus : sed ejus qui misit me Patris. Hec locútus sum vobis : apud vos manens. Parálytus autem Spíritus Sanctus : quem mittet Pater in nómine meo : ille vos docébit ómnia : et súggeret vobis ómnia quecúnque díxero vobis. Pacem relínquo vobis : pacem meam do vobis. Non quómodo mundus dat ego do vobis. Non turbétur cor vestrum : neque fórmidet. Audístis quia ego dixi vobis : vado et vénio ad vos. Si dili-géretis me gauderétis utíque, quia vado ad Patrem : quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsquam fiat : ut cum factum fuerit credátis. Jam non multa loquar vobíscum. Venit enim princeps mundi hujus : et in me non habet quicquam.⁵⁷² Sed ut cognóscat mundus quia dílico Patrem : et sicut mandátum dedit michi Pater : sic fácio. Súrgite eámus hinc.



[1508:98r.]

¶ Feria vj. in die Parasceves.

Dicta hora nona : accedat sacerdos ad altare, indutus vestibus sacerdotalibus : in casula rubea, cum dyacono et subdyacono et ceteris ministris altaris : qui omnes sint albis cum amictibus induiti sine tunica : dictaque oratione Dominica⁵⁷³ [ante altare],⁵⁷⁴ statim procedat accolitus alba indutus : ad legendum hanc lectionem ad gradum chori sine titulo, hoc modo.

Osee. vj. (1-6.)

JN tribulatiōne sua mane con-
súrgent ad me, Veníte et rever-
támur ad Dóminum : quia ipse cepit et
sanábit nos : percúiet et curábit nos.

Vivificábit nos post duos dies : in die [76r.]
tértia suscitábit nos : et vivémus in
conspéctu ejus. Sciémus, sequemúr-
que ut cognoscámus Dóminum. Quasi

